





R. H. C.

Y. S. a.

Im. 129.



NICOLAI

Leutingeri,

DE MARCHIA

BRANDENBURGENSE

eiusque statu,

COMMENTARII.



VITEBERGÆ,

Excudebat Mathæus VVelack.

Anno M. D. XCIII.





Philip : Melanthon.


**D**IV & in summo generis humani Senatu, videlicet inter principes Electores & in defensione harum regionū ad Albim & Viadrum, in ora Francica atq; Norico familia principum Brandenburgensium res magnas gubernavit atq; gessit, quibus hanc ob causam gratitudo debetur. Et vtile est, optandumq; magnopere ob testimonia de præsenti DBI in imperijs, & propter posteros, huius familiae res gestas ordine describi, atq; integrè exponi, inspectis exemplis atq; monumentis domesticis :





PRVDENTISS:  
VIRIS, ORDINE, GENE  
re, dignitate, virtute, Doctrina,  
atq; humanitate præstantib. Do-  
minis COSS: atq; Senatoribus  
reipub. SNEBERGEN  
SIS, patronis suis obser-  
uandis S.

M. NICOLAUS LEV  
TINGER.

 *Vanta sit historie dignitas, uti-  
litas, atq; necessitas cum mecum  
apud animum reputo, non possum  
satis admirari eos, qui in ea excolenda stu-  
diosi fuerunt. Hinc enim lector exempla  
faciendorum fugiendorumq; capit, ex ali-  
orum erratis suas actiones probè emendat  
conformatq; & ad multiplicem rerum  
mutationem ipse opinionibus non fluctua-  
at, sed connititur, ut vnum idemq; in-  
stitua*

A 2

stitua



stitutum tenens in emulandis rectè laus  
dabiliterq; factis totus sit occupatus. Sic  
posteritati quoq; optimè consulitur, quæ  
hoc modo pulcerrimè excitatur sanctissi-  
mis operibus imitandis, et decenti probas-  
taq; vitæ instituendæ ratione affectanda.  
Hinc non immeritò Historiam vitæ Ma-  
gistræ, quæ iudicium et prudentiam pa-  
riat, Romanorū eloquentissimus appellat.  
Certè exemplo nihil vehementius, nullaq;  
memoriam viuaciorē esse vsus docet.  
Neq; solum ingentia, sed tenuia quoq; suū  
locum non absq; fructu tuentur. Viden-  
tur autem ingenia hominum, quæ aliàs  
magis ad deteriora feruntur, inprimis in  
delira hac mundi senescentis segnitie his  
veluti lenocinijs exsuscitanda. Olim Milo-  
tiadis trophæa Themistoclem dormire nō  
patiebantur. Alexandrum Magnum glos-  
ria Achillis incendebat: Iulium Cæsarem  
virtus, celeritas, atq; fortuna Alexandri  
exstimulabat, vt ex profligatæ famæ iu-  
uene,



uene, imperator longe clarissimus euaderet.  
Quæ incitamenta quantum in rebus hu-  
manis valeant, utinam hoc seculum pleni-  
intelligeret, et minus esset querelarum, et  
maiora omnis virtutum generis incre-  
menta haberemus. Accedit & hoc, quod  
historia ad fallendum tedium, sed & ad  
valetudinem corporis & animi recreati-  
onem non minimum conferat. Alphonsus  
Arragonum Rex periculoso morbo cor-  
reptus, dum frustra Medicorum opem ex-  
poscit, Q. Curtium sibi porrigi iubet, cuius  
lectione ita recreatur, ut dolorum obo-  
litus omnino valetudinem recuperare vi-  
deatur. Exclamat igitur, valeat Galenus,  
valeant Auicenna, Hippocras, & omnes  
Medici, uiuat Curtius sanitatis meæ re-  
stitutor. Cui astipulatur testimoniū Phi-  
lemonis, qui vel nudam Orationem ægro-  
tantibus prodesse asserit. Hinc non insulo-  
sè quidam literas animæ Medicinam di-  
xerunt. Habent profectò eæ omnes, meo

A 3 iudicio



iudicio, sed imprimis rerum gestarum scientiæ, cum dulciss. animi oblectatione cōiunctā, et omnium opinione maiorem vtilitatem: Qua tamen fermè quis, ut naturæ est generosioris, capitur. Ego quidem in his studijs post sacras literas vitæ humanæ delicias et solidas voluptates constituo. Et quamuis ingenuè fateor, me natura vehementer ad ea rapi, certum tamen est, me plurimum etiam Georgio Fabricio, viro omnis antiquitatis peritissimo, debere, currenti autem deinde calcar addidisse viros alios præstantissimos. Hi mihi hortatores auctoresq; fuere, vt patriam historiam colligerem. Initiò autem me multa simul & terruerunt & impediuerunt in instituto, imprimis cum annales patriæ de paucis monerent, & propter frequentiam bellorum intercidissent documenta pleraq; monumenta verò reliqua cum monasterijs direpta essent, nec tamen inter has difficultates à proposito destiti,  
sed



sed impigrè agendo magis magisq̄, cōtra  
nitens exercitij causa progymnasmata  
quædam præmisi, vt per hanc occasionem  
causa mihi daretur, cum viris sapienti-  
bus inter vicinos populos conferendi, &  
experirer, quid ferre ualere humeri. Vi-  
demus enim illos, qui ludicro seu vero de-  
certaturi sunt prælio, antequam Martis  
subeant discrimen, arma expedire, animi  
uigorẽ cōfirmare, et corporis robur exer-  
cere, vt cum per vsum diuturnũ ac pugne  
simulacrum iam vires periclitati fuerint,  
rem ita demũ aleæ rectè committant. In  
hoc autem enitendo non solũ tabulas, an-  
nales, fastos, & scripta earum regionum,  
quæ spectant ad iurisdictionem Brande-  
burgicam, consului, sed ipse cũ max.  
Europæ partem emensus essem, diligẽter  
Marchiam, Borussiã, Franconiã, Voit-  
landiam, Episcopatũ Magdeburgensem,  
Pomeraniam, Lusatiam atq; Silesiam,  
perlustravi, auditaq; & visa refero, vo-



huius fabulosa à certis et exploratis discernere, et omninò veritati sacrificare, quæ omnia in postrema editione melius, plenius, et copiosius longè patebunt. Ardua res comprimis hæc est id operam dare, minimeque ex istis, quæ per segnitiam componantur, sed quæ maxima indigeant cura, dum non rarò mihi obuenit fermè, quod viatoribus apud Bactrianos in regione, quàm steriles harenæ occupant. Isthic cum venti à Pontico mari spirant, omnia pristini itineris vestigia intereunt. Itaque qui campos transeunt, relictis vestigijs, nauigantium more noctu sidera obseruant, ad quorum positum et cursum iter dirigunt. Interdum ille ipse ventus viatores harena omninò obruit. Pari ratione dum vix umbram rerum assequimur, ne erremus ex alijs regionib. ignota petere cogimur, quæ natiuum solum denegauit. Utinam verò exspectationi omnium satisfaciam. Bonis tamen me permitto, et tanquam ad

ex



exaedificandum publicum bonum meum  
contribuo. Miseros verò illos qui ita vi-  
uant, dum modo morem animo gerant  
suo. Lucanus nobis depingit historiogra-  
phum, qui sit intrepidus, incorruptus, in-  
genuus, liberæ linguæ, ac veritatis amio-  
cus, quiq; ficus ficus, scapham verò sca-  
pham nominet, non liuori, non amiciciæ  
indulgeat, nemini parcat, nullius ducatur  
misericordia, nullo corripatur pudore, nõ  
animo flectatur, sit Iudex iustus, omnib.  
beneuolus, usq; adeò, vt ne quid alteri plus  
iusto tribuat, peregrinus in libris, sine ci-  
uitate, suis viuens legib. rege carens, haud  
considerans, an illud vel aliud conueniat,  
sed quid factum sit enarret. De his alio-  
rum sit iudicium. Rectè quidem hæc stu-  
dia nostra comparantur nauigationi con-  
tra fluminis cursum, ubi si leniter cessaue-  
rint remiges, impetus fluminis nauum re-  
trò trahit. Inter has obluclationes ingen-  
tes prouehere res bonas, uerè heroicum est.



Quod si secula hæc nostra literas fastidiunt, quid fiet aliquantò post, cum inscitia barbariem et feritatem augebit. Hæc cogitare eos, qui ad gubernacula rerum sedent, decebat, ut maiore cura opem disciplinis ferrent. Constat ordinum distincti-  
onem diuinitus factam esse, et præfecisse Deum præstantiores ceteris, addidisse quoque motus animorum acriores, meliores, et feliciores, quam reliquis, qui parent: Inter quos cum rectè V. D. numerem, volui meæque studia in scriptione hac dedicatoria commendare et iudicio atque censuræ V. D. subycere, quod seirem V. D. lectione historiarum multum promovere excellentium virorum delectari, et verè esse publicum bonum, horumque principum virtutes tanquam donum Dei singulare agnoscere. Et hodiè nostra tempora omninò sunt talia, ut salutaribus principibus indigere videamur, qui non solum sapientia, atque eloquentia, sed etiam potentia, auctoritate, atque felicitate  
sunt



sint instructi. Oro autem V. D. ut hos meos  
os qualescunq; conatus, qui Herculeis fer-  
mè nituntur laboribus benigno vultu, vt  
alias solet, accipiat, placidoq; fauore ap-  
probet atq; respiciat, imprimis in hac ex-  
trema mundi ætate, vbi studia eiusmodi  
non in eo sunt precio, in quo aliàs reperi-  
untur ea, quæ magis sunt de pane lucran-  
do. Ego sanè præter alia non pauca com-  
mentarios Brandeburgicos libris  
XLV. collegi, in eum finem, ut conteste-  
rer meam reuerentiam erga meos princi-  
pes, meumq; de omnib. bonis benè meren-  
di studium: Et cum horum principum  
acta, gesta, factaq; per vniuersum impe-  
rium longè latèq; exstent, non dubito om-  
nibus bonis hanc historiam gratam futu-  
ram: Mea quoq; in illis pro loco studia  
offero singulis & vniuersis: V. D.  
solicitis precibus Deo opt. Max.  
commendo Vitebergæ

Anno jal.

M. D. XCIII.



CLARISS: VIRO ET  
*multiuga historiarum eruditione orna-*  
*tiss.* M. NICOLAO LEVTINGE-  
RO *Marchiæ Brenneburg: excultori*  
*& Encomiastæ fideliss. amico*  
*carissimo S.*



Larissime vir, studium  
tuum illud historicum  
cum *σωθεί* religiosa &  
*δινάμει ερμηνευτικῇ* coniunctum, uti  
cūm propter rerum scientiam,  
tūm propter Thucydideum or-  
natū cum gratiarū actione pro-  
bamus; ita etiam hoc egeno &  
exulceroso seculo; illud omni  
studio, fide, atq; diligētia ut pro-  
moueamus par est. Tetragonum  
.n. historiarum cum *τοπικῶ, χρονικῶ,*  
*πραγματικῶ, γενεαλογικῶ* cum in his lo-  
cis



eis nemo absoluere possit, fra-  
ctas tabulas à doctis cū indefessa  
industria collectas boni facia-  
mus. Cranzius ille Hambugenſis  
quasi primus faces cum Hermol-  
do et Arnolſdo Abbate Lubecē-  
se in hac palestra prætulit, à qui-  
bus Sabinus, Vuillichius, Schof-  
ferus sua incensa mutuati. Philip-  
pus Melanchton apicula illa At-  
tica et Phænix Germāiæ in Cha-  
rionis succincto chronico hanc  
Pandoram ornauit, illustrauit, et  
absoluit, cui labori et Caspar  
Peucerus suā lineā apponere ius-  
sus. Reinerus verò Reineccius  
inuolucris multis cum indagine  
sapiente ablatis, nucleum ipsum  
eximec



exemit et proposuit, vt nostro  
seculo iustè πολίσις cum France-  
bergero dicatur: Tu vir opt. atq;  
clarissime Marchiã nostram præ  
omnib. Iouiniana quadam Elo-  
quentia, antiquitate Sabiniana,  
Chytræa facundia, Xenophōtea  
suauitate, Thucij didea neruosi-  
tate, Philippea dulcedine, Me-  
lanthonia pietate PhiloMelæ  
Germaniæ flexamina voce de-  
scribere, producere, atq; illustra-  
re cepisti, vt rectè LEVTIN-  
GERVS facta vera illustrās, di-  
cta pia retinēs, ἀ σοφῶς uoceris etc,

T.

M. Arnoldus Bierstedius vrbis  
Gardlegij Consul. &c.

CHR I.



CHRISTIANVS DI-  
stelmeierus in Malstorff &c.  
Cancellarius Electoralis Bran-  
deburgicus M. Nicolao  
Leutingero.

V. CL. 3.



*L*Egi tuos vir clariss. commenta-  
rios, & dolco per multiplices oc-  
cupationes me eiusmodi monu-  
mentis frequentius inharere non  
posse. Verio enim sum seruus seruorum quàm  
presbyter ille Romanus. Te video esse Mar-  
chia historicum, in quo tibi gratulor et patria.  
Fateor, alios eosdem attrectasse conatus, sed  
quos longe post te interuallo reliquis. Perge  
ut cepisti. Mihi tui cōmentarij, sunt venusti,  
recti, atq; elegantes. Auctor etiam sum ne  
vicinorum, quorum res & facta attingis, do-  
cumēta negligas. Scio etiam prudentissimam  
principem nostram inquisitione harum  
rerum maximè delectari, cui rem  
gratam facis. Vale & nos  
ama. Berlini.

CLA



CLARISSIMO ET  
optimo viro M. Nicolao Leu-  
tingero Poetae L. & Historico  
Brandenburg: amico S.  
carissimo

S.

**V**iego, ingenij, Leutingere doctissime,  
vir opt: acumen exactum antea ex Poē-  
matib. tuis politissimis cognoueram:  
nunc verò ex opere quoq; Historico tuo  
iuditij acyrati dexteritatem singularem animad-  
uerto. Amo itaq; te plurimum, magniq; facio. Præ-  
rerquam enim quod ipsa temporum series sibi con-  
stat, causaq; & euentus rerum, ipsarumq; gerenda-  
rum ratio tam liquidò apparent, grauter etiam,  
copiosè, atq; eleganter orationē es persecutus, &c.  
Peto autem amanter, vt cum gentis Pomcranorum  
mentionem feceris, id candidè facias. Studiosissima  
illa semper fuit libertatis. Et prodest veterum Sa-  
xonum virtutes atq; res gestas posteritati integrè  
ob oculos poni. In quo sicut de nostra gente benè  
mereri potes, ita tibi gratiam semper habebit  
immortalem. Valeto rectè, atq; tuis Marchi-  
cis facem gloriae bonis auspicijs præferro, &c.  
Stetini.

T. P.

Conradus Bergius S. Theo-  
logiae Doctor.



NICOLAI LEVTINGERI  
DE MARCHIA  
BRANDENBURGENSI  
EIVSQUE STATV IOACHIMO  
I. ET IOACHIMO II. *Pr. Ell.*  
Commentariorum  
*Partis Quartæ.*

LIBER PRIMVS.



VM ALBERTVS PRO-  
fligatus tota ditione exutus  
esset, confederati eam in fidem  
& potestatem suam adigunt  
non sine molestia familię Bran-  
deburgicę, quę factum istud non tam ad  
Alberti, quàm suam ignominiam referebat,  
neq; id in comitijs Augustanis per legatos  
dissimulauerat, inprimis cum intelligeret,  
aduersarios multa insolenter pro arbitrio  
non sine insigni regionis deuastatione & fa-  
cere & imperare, eoque rem perduxerat, ut pu-  
blico Imperij decreto possessis decedere, &  
sequestro tradere cogerentur. Ad hoc in  
effectum deducendum dies XIII. Septemb.  
superioris anni constitutus fuerat. In eo  
autem vertebatur deliberatio, cui eius admi-  
nistratiõẽ, donec pendente actione de tota  
controuersia transigeretur, recte delegarent,  
quamuis enim non pauci ex præcipua nobi-  
litate nominarentur, nemo tamen audebat

LVI

B

tantæ



*Casimi-  
ro pom.  
Dux  
nascitur*

*Falcken-  
burgum  
occupa-  
tur.*

tantæ moli cum tanta inuidia coniuncte hu-  
meros submittere, itaq; in potestate confede-  
ratorum usq; huc permanserat. Alberto au-  
tem rebus humanis exempto, à Ferdinando  
Cæsare Ioachimus Slibenius designatur, cui  
XIX. Martij ditionem illi cum omnibus, quæ  
huc spectabant, absq; molestia atq; tergiver-  
satione tradunt. Die XXII. Martij nascitur  
Philippo I. Pomeraniæ Duci Casimirus Fi-  
lius, cui Ferdinandus Cæsar in initiatione  
factorum baptismi Episcopatum Caminen-  
sem literis obsignatis confert gubernādum,  
quam primū sede vacante per ætatē possit.  
Amplissima illa fuit Pomeraniæ Superioris  
Diocesis, quò pertinent Colbergum, Chesh-  
num, Caminum, Freienwaldum, Corlinum,  
totusq; ille tractus ad mōtes Cheshnenses &  
mare Balticum, nec ullius superioris iurisdic-  
tionem, præterquam Romani Pontificis,  
dū adhuc illis in locis auctoritas eius, & ma-  
iestas salua constaret, potestatem agnouit.  
Appetente æstate in Marchia noua Iohan-  
nes Brandeburgicus Falckenburgum occu-  
pat, eiectis Borkenis, equitibus Pomeranis.  
Oppidum istud est in finibus Polonia, Cas-  
subiæ, & Marchiæ, quod antiquitus ad Vuol-  
dinos spectauit, et postea per modū contræ-  
ctus peruenit ad Borkenos. Ditionis olim  
Cruciferorum in Borussia, sed temporibus  
succeedentibus belli iniuria Imperij Branden-  
burgici, sicut & alia, factum fuit, qui sub iure  
feudi permisere Vuoldinis, ex quo per plures  
annos



annos in fide Marchionum perstitit. Post  
tunc verò rerum Ioachimo I. El. cum  
tributum, quod accisam vocant, suis pro- *Accisa*  
uincijs imposuisset, nobilitas & ciuitates *Noua*  
nouæ Marchiæ, interiecta deliberatione & *Mar-*  
petitione multa, certam Electori pecuniæ *chie*  
summam, eamq; grandem dependunt, vt  
ab annua ista exactiōe immunes sint,  
neq; vltcrius eo nomine grauentur: In  
qua libertate vsq; ad mortem Ioachimi El.  
permanserunt. Cùm autem ad Iohannem  
filium ex hæreditate & testamento pro-  
uincia ista deuolueretur, & rationes eius  
ita ferrent, vt tributum à subditis auctius  
exigeret, ne parentis acta rescindere aut  
irrita facere videretur, vel eius promissis  
teneretur, nec illi haberent, quod præ-  
tenderent ius legitimè acquisitum, sum-  
mam pecuniæ integram Ordinibus tan-  
quàm commodatum reddidit, ne posthac in  
iure suo impediretur. Non enim facile pa-  
tiuntur sibi principes à subditis imperari:  
nec quidquam tam ægrè ferunt, quàm nor-  
mam sibi certã præscribi agendorum facien-  
dorumque ab his, in quos pro auctoritate  
ius atq; potestatem habent. Amplius igitur  
cùm reliquis ciuitatibus imposuisset, Fal-  
kenburgum quoque æqua cum alijs con-  
ditione viuere & facere voluit. Recla-  
mante verò Borkeno offensus, dùm ad aulam  
acceritus ille reusque factus non compare-  
ret, vt ad officiũ faciendum compelleret bene-  
ficiarium et clientẽ, ciuitates illius loci armas  
militẽ



milite quoque externo conducto. Iam Dra-  
geburgum peruenerat aduectis tormentis  
bellicis, quibus in foro explosis, ut ex pro-  
pinquo Borkianis terrorem inijceret, Fran-  
ciscum Neumannum praesidem superioris  
nouae Marchiae cum parte copiarum praemi-  
sit, ut arcem & oppidum cum Borkeno in  
potestatem suam redigeret. Is veritus ne in  
manus principis irati perueniret, exportatis  
prius rebus fortunisque, quarum usus esse po-  
terat, iam Falkenburgo excesserat, relicto in  
arce praefecto. Neumannus aduolans sine cu-  
lusquam iniuria oppidum & arcem sibi dedi-  
postulabat, nisi parerent, vim minatus. Ciues  
sibi atque suis timentes praefectum coegerunt  
in potestate principis esse, seque & arcem dede-  
re. Qui suum intelligens periculum a Neu-  
manno colloquium petijt, pactusque ut sibi  
turo exire liceret, omnia ipsi permisit. Edo-  
ctus de successu princeps praemisso peditatu  
ipse cum equitibus subsequitur, oppidum in-  
greditur, arcem sibi vendicat, ciues denuo sub  
iuramenti fide sibi obstringit, & custodijs ad  
portas positis Capitaneum loci Melchio-  
rem Crausium, virum impigrum, cum Im-  
perio & praesidio constituit. Borkenum vero  
perduellionis damnatum omni iure in pra-  
fecturam illam, quae perampla est, priuat.  
Is Spiram profectus principem apud Came-  
ram Imperialem grauiter accusabat, & Fal-  
kenburgum repetens, de damno sibi & iniu-  
ria conquestus satisfieri volebat. Prætende-  
bat autem inter alia, principem se nactum  
in cle



Inclementiorem, quod in expeditione Ca-  
roli Imp. ante urbem Metim equos ipsi ge-  
nerosos, quos in precio habebat, imprudē-  
tius denegasset. Agitata ista actio pendente  
lite in multos annos sine fructu, principe  
nihil de instituto remittente, quò ad in viuis  
esset. Is dum Drageburgi moraretur, con-  
templatus templum oppidi ex ruinis incen-  
dij anni tricesimi quarti nondum instauratū,  
beneficij & pietatis nomine ciuitati mona-  
sterium ordinis mendicantium per donatio-  
nem contulit, vt materiam ad reficiendum  
templum necessariam commodius ministra-  
ret. Sed ex senatoribus antiqua quidam sim-  
plicitate lapsus pro affectione quidem be-  
nigna principi gratias egit, monasterium  
verò, quod bona Ecclesie, si in alium vsum  
raperetur, malè cedere existimaret, Ioachimo  
Vuedelio equiti in eam occasionem intento,  
& ob id sollicitis principem precibus inter-  
pellanti permisit, qui domicilium sibi & suis  
in eo exstraxit. Nunciata ad id tēpus prodi-  
gia multa. Stetini infans monstroso partu  
natus baptismi sacris initiandus, vehementer  
non sine obstupescente astantium admiratio-  
ne reluctatur. Tandem ardenti interuenien-  
te oratione ad DEVM circa inuitum sacra  
peraguntur. In agro Soldinensi infans in  
utero matris planctus eiularusq; edidit mise-  
rabiles. Creditum vulgò est, sicut Iohannes  
Baptista in utero materno operatione diuina  
tactus, exultando presentie Seruatoris no-  
stri vnici & Opt. Max. gratulatur, atq; testi-  
monium

Drage-  
burgum

Prodi-  
gia

B 5

monium



monium perhibet, ita hunc in ea innocen-  
 tia malorum omnium ignarum adhuc, im-  
 minentes aduersitates & pœnas secuturas  
 deplorare atq; denunciare. Miseros verò  
 mortales, qui calamitates ad se redundantes  
 non sentiunt, quandoquidem earum sola-  
 tium & remedium interdum esse solet, nosse  
 sortam suam. Sed natura mortalium hoc  
 quoq; nomine sinistra atq; praua dici potest,  
 quod in suo quisq; malo hebetior est, quàm  
 in aliena calamitate acutior. In territorio  
 Stolpensium pluit sanguine. Ingens se hac  
 tempestate in Marchiam Zigarorum, quos  
 & Cianos, Cilices, & Ziganos vulgò nomi-  
 nant, multitudo per vicos & oppida infude-  
 rat, quibus se homines perdit, desperatae  
 fortunæ, propter scelera eiectione, metu pœnæ  
 profugi atque infames, labeque varia notati  
 frequentes associabant, tutum ibi receptum  
 habentes. Sicut igitur colluies improbo-  
 rum, ipsaq; viciorum sentina crescebat, ita  
 augebantur in infinitum furta, caedes, latro-  
 cinia, rapinae, aliaque difficultates, quibus  
 in agricolarum aedes, corpora, fortunasq;  
 inuolabant, securi prorsus propter impu-  
 nitatem, quod & artificiosè silentio quodam  
 iurato scelera tegerent, neq; alicui facile,  
 cum hoc infamium & veneficijs atq; incan-  
 tationibus obnoxiorum genere, quibus nul-  
 lum scelus difficile caderet, contendendi  
 animus esset. Publica igitur illos auctoritate  
 coercendos cum existimarent, querimonijs  
 simul

*Zigani  
 in Mar-  
 schia.*



simul complurium ad curiam aulae delatis,  
arrepti publicè quidã ex deprehensis, tormẽ-  
tisq; subiecti, ægri quidem, coacti tamen  
de multis inditium fecerunt, quæ quam-  
uis omnia non sint æquè credita, ancipitem  
tamen cogitandi curam attulerunt. Ex  
isti quidem diro supplicio affecti sunt, reli-  
quos verò Elector publico mandato ex-  
igens, edixit, ne in posterum per provin-  
cias suas vagarentur, non solum quod in  
comitijs publico Rom. Imperij decreto istud  
nuper prohibitum fuisset, & nefarij nefanda  
ipsi multa patrarent, sed etiam experi-  
mento constaret, esse proditores & explora-  
tores Regionum Christiani nominis. Pri-  
mum circa annum 1417. Duce Zindelo  
conspecti sunt, exhibentes literas Sigis-  
mundi Imp. commendatitias, de conceden-  
do illis per vrbes atque agros incolumi-  
atque securo transitu. Rogati quid & vnde  
venissent, respondebant. Aegyptios se esse,  
pænãq; impietatis extorres luere, quòd  
Mariæ Virgini & puero Iesu hospitium de-  
negassent. Septem annorum exilium esse  
definitum, quibus decursis, alijs emigrandi  
necessitatẽ incumbere, homines ascita eaq; per-  
petua ingredine semper deformes, quam sibi  
ipsis induou nt, otiosi planè, nullius patriæ,  
omnium scelerum participes, vagationibus,  
diuinationibus, fictisq; promissis credu-  
los onerantes, spolijs inuigilant, & vi-  
ctum quæritant. Mulieres cum paruulis

*Zigani  
vnde.*

B 4

vehuna



*Laus Io-  
hannis  
Pr.*

*Descri-  
ptio cō-  
pendio-  
sa Mar-  
chiae.*

vehuntur equis, viri plerumque excepto Rege  
pedibus iter ingrediuntur. Habent enim  
inter se dignitatum ordines, observant suas  
leges & iudicia, quibus sine appellatione vl-  
teriore atque prouocatione acquiescunt. Dixi-  
mus antea, quomodo uterque princeps Io-  
achimus Bl. & Iohannes, fratres excitan-  
dis, pugnaculis, nouisque arcibus vel instau-  
randis vel perficiendis occupati fuerint. Et  
hic quidem Custrinum mirificis operibus ex  
fundamentis in noua Marchia ad excipien-  
das perferendasque quascunque hostium vires  
munierat, & quotidie accessio fiebat maior,  
incrementaque capiebat tanta, quanta conti-  
nuus in id vnum incumbentium labor con-  
ferre poterat. Namque ea omnium saniorum  
iudicio fuit huius principis ingenij dexteri-  
tas & sapientia in inueniendis rebus, tam  
constans indefatigati animi solertia in expe-  
dicendis ijs, quae vel meditabatur secum, vel  
incoarat, ut admirationem summam merere-  
tur. Proinde quamuis non tam late imperio  
taret, quam Bl. neque villo modo tanti ad eum  
reditus vel prouentus peruenirent, praeterea  
magnos inusitatosque sumptus in his aedifica-  
tionibus patriae faceret, re tamen numma-  
ria instructior est habitus, quam vel alius in  
Germania princeps, ex quibus non paucos  
aere alieno obstrictos sibi fecerat. Quando-  
quidem verò saepius iam mentionem nouae  
Marchiae fecerimus, operae precium facturus  
uideor, si prius monuero, quae nam vetus,  
quae Noua, quae tandem Media atque vcaria  
sunt



fit dicta, siquidem in hoc sæpius scriptores  
errare comperimus. Et primum satis con-  
stat Marchionatum Brandenburgensem in  
Germania antiquissimum esse. In veteri  
Marchia Soltquellensis à Romanis circiter  
annum Christi X. contra Sueuos Senones et  
Longebardos: Lansbergensis verò in Media  
circiter annum XC, à Francis contra Vanda-  
los & postea Slauos institutus est. Erat tunc  
vniuersæ Marchiæ is status, quem succenden-  
tibus annis difficiles mutationes exceperunt.  
Transalbinam regionem tenebant Longo-  
bardi: Cisalbinam Sueui Senones. Quod  
verò ultra Viadrum protenditur, Vandali ad  
Vistulam usq; possidebant. Transalbinos  
subegerunt primùm Romani, postea ijs ex-  
pulsis Saxones eorum locum expleuerunt,  
qui ferme vsq; huc uno vix atq; altero anno  
interrupta serie istas regiones, quæ veteris  
Marchiæ nomine censentur, virtute atq; ar-  
mis tutati sunt. Cisalbinos Franci oppres-  
serunt, assiduâq; bella cum vicinis Vandalis  
gesserunt, quibus in Hispaniam & Africam  
concedentibus, cum Slauis in eorum locum  
irruentibus itidem pugnaverunt. Slaui dein-  
de potentiores facti Viadrum transmiserunt,  
& ad Albim vsq; Brandeburgi regni sede  
constituta fines dilatarunt. Ita ut nunc qui-  
dem vocamus, simul Marchiam Mediam atq;  
Nouam sibi vendicarunt. Vcariam ab Vcaro  
lacu nuncupatam, postea circiter annum  
Christi 1433. Fridericus I. BL. ex Burggra-  
uorum Norimbergensium familia vel de

Lansber-  
gensis  
marchio  
natus

Vandalos  
ex Mar-  
chia pete-  
runt Sla-  
ui

B f

1110



nouo adiecit, vel à Pomeranis iusto prælio  
deuictis recuperavit. Ad annum 927.  
Henricus, Auceps Imp. Slavis omnem istum  
tractum eripuit, præsidio militum Varini  
atq; Stēdaliq; & Marchionatu Brandenbur-  
gi constituto, regionemq; transalbinam,  
Veterem, Cisalbinam verò nouam appella-  
uit Marchiam, Illa verò quæ est ultra Viadrū,  
nomine Polonorum, Cassubiorum, & Po-  
meranorum censebatur: Slauorum gentis  
hi erant omnes. Quos assiduo bello pene-  
bant Marchiones Brandeburgici, finesque  
Marchiæ protenderunt à Viadro ad Sol-  
dinum usque & Lansbergum, iuxta Vartana  
fluum. Varia isto seculo propter discor-  
dias ciuiles & intestinas Polonos afflictos  
premebat fortuna, vocatiq; ad annum  
Christi 1221. à Conrado Massouio Teu-  
thones Marianæ militiæ contra Borassos  
vim belli neruosq; virtutum huc contule-  
runt, quibus subactis, Cassubiorum quoq;  
partē sibi subiugarunt. Deo verò quod reli-  
quum erat Marchiones Brand. ancipiti bello  
cum Polonis & Slavis dimicarunt. Tan-  
dem Albertus Vrsus omni solo Brizano-  
rum, Stoderanorum, aliarumq; habitantium  
gentium iuxta Havelum, Albim, Sueuum,  
& Viadrum occupato, misit Traiectum, &  
ad loca Rheno contigua, insuper ad eos, qui  
iuxta Oceanum patiebantur vim maris, eo-  
rumq; multitudinem infinitam huc in Mediā  
Marchiam coëgit: in nouam verò Saxones  
immisit. Anno 1269. Boleslaus Calissiensis  
Contra

*Crucife-  
ri in  
Bornfia*



Conradum Brandeburgieum oppugnavit,  
et insequentibus Otto Drenum et Santocum  
eripuit, ob quam causam ditio illa omnis ad  
Francofurtum vsque, miserè collucescenti-  
bus vndiq; pagorum atq; oppidorum incen-  
dijs atque cædibus, deuastata est. Circa quod  
tempus peracceptus erat Cruciferorum Or-  
do apud principes Germaniæ. Itaq; ex eo-  
rum liberalitate magnas sibi facultates in  
Franconia, Bohemia, Lusatia, Silesia, in Sa-  
xonia, Marchia, Pomerania, ipsaq; Polonia  
& alibi compararunt. A principibus quidem  
Brandeburgicis insigniter donati fuerunt.  
Hinc Vuerbensis, Lisensis, Quarzensis, Lo-  
gaviensis, Morinensis, & Schiuelbeinensis  
Commendaturæ copiosæ atque peramplicæ,  
ad ipsos spectarunt. Prodiderunt qui-  
dam annales circa annum 1290. Cassubiæ  
partem Ottoni Longo venditam fuisse. *marchia*  
Albertus Crantzius auctor est, ad annum *noua ad*  
1295. complura oppida Polonis à Mar- *iecta ue-*  
chionibus adempta, & inde Marchiam no- *teri.*  
uam constitutam. Quæ si narratio cum  
verò consentit, de superiore parte illius diti-  
onis intelligendum est. Anno 1326. Vla-  
dislaus Poloniæ Rex cum Lituanis in Mar-  
chiam hanc nouam expeditionem fecit, ad  
Francofurtum vsque progressus, cum ne-  
mo contra prodiret, munitionum quidem  
oppugnationibus absq; inuit inuitus, popula-  
tionem verò in omnes partes exercuit, in-  
censiq; plurimis hinc inde pagis captiuorū  
prædam



*Monacha  
facta  
suis.*

prædam ingentem abegit. In ea erupione  
Virgo sacris dicata à Lituano in monasterio  
Himmelfredensi ad stuprum rapta rogavit,  
ne sibi vim faceret, se edoctruram, qua ratio-  
ne corpus à vulnerum faciendorum violen-  
tia securum & tutum præstaret: Quod cum  
ille discere percuperet, iugulum ei fortis pu-  
ella præbuit, vt in se eius periculum faceret.  
Credulus ille stricto gladio caput eius ampu-  
tauit, & ita turpis barbari libidinem elusit.  
Anno 1403. Sigismundus Imp. eam Vula-  
distao Jagelloni oppignorauit, sicut annales  
Duglossi & Vapouij memorant, sed tamen in  
posselsionem Polonorum non venit. Post  
Vuoldemarum EL. dum Marchia undiq; pe-  
teretur bello, Cruciferi eius quoq; partem ab  
Arensuualdo ad Schiuelbeinum usq; ad se ra-  
piendi occasionem quæsiuerunt. Sed Anno  
1434. cum Borussi à Cruciferis deficerent,  
illa quoq; cepit eorum Imperium detrecta-  
re. Itaq; Fridericus Elector eam in ditio-  
nem suam recepit. Cromerus refert Brande-  
burgicum missa ad Polonorū Regem legati-  
one, ut cum bona id eius venia esset, petisse,  
& auxilia firma in Cruciteros promississe.  
Verum nihil certi ipsi responsum, quod Stole-  
pensium quoq; Dux eam suo quodam iure  
sibi vendicaret, & in clientela atq; fide Regis  
se futurum vnā cum reliquis ditionibus suis,  
duoq; millia equitum ad quoduis bellum regi  
adducturum, polliceretur. Vapouius dicit,  
Marchionem Cassubiæ occupatione, quæ iu-  
gis fuisse antiquit, Polonici abstinere iussū,  
nisi



nisi faceret, vi & armis depulsum inde iri. Sed & Vngarorum atq; Boemorum Regem Ladislaum eam ditionem iure quodam suo reperisse. Quibus ille nihil minis deterritus, occupatam ad posteros transmisit, ipsis concedentibus Cruciferis, quibus in bello isto cum Polonis quingentos Cataphractos equites adduxerat, cum iam Castubia omni excidissent, Ad annum verò 1518. mense Decembri, Berlini in conuentu principum & Regum, Albertus Brandenburgicus Cruciferorum Magister, omni iure nouæ Marchiæ decessit, certis quibusdam conditionibus, de quibus suo loco diximus, & sub plenariæ possessionis iure tradidit Ioachimo I. El. qui eam testamento Iohanni filio reliquit possidendam, his quidem finibus, vt quidquid intra Inam & Noressiam amnes censeretur, eo nomine teneret. Habet autem illa, præter commendaturas insignes, magisterium militiae Teuthonum S. Iohannis per Saxoniam, Marchiam, Lusatiam, atq; Pomeraniam, cui præest Martinus, comes Hočnsteinensis, Vierradensis, atq; Suerensis. Hodie sita est in confinio Pomeraniæ, Castubiæ, Poloniæ, Silesiæ, atq; Mediæ Marchiæ: Intersecatur flumine Vuarta, limesq; est Germaniæ versus Ortum Borealem. Diuiditur in superiorem & Inferiorem: illa complectitur, quidquid intra Bernsteinum & Schiuelbeinum, Pomeraniam & Poloniam est, & metropolim habet Arensuualdum: Hac, quod interiacet intra Soldinum et Viadrum, Extenditur vniuersa

*Limites  
nouæ  
marchiæ*





*Peissum  
nova  
Marchie  
in Lusa-  
tia pro-  
pugnacu-  
lum.*

uersa ad miliaria XXIIII oppidis vicisque  
referta, agrorum ubertate, equorum ar-  
mentorumque fecunditate atque prastan-  
tia, siluarum amplitudine, ferarum omnis  
generis frequentia, piscium multitudine  
atque bonitate insignis. Vini tamen pro-  
uentu ferè caret, nisi quod Lansbergi gi-  
gnitur, sed hoc damnum facile cereuisia-  
rum præcellentia recompensat. Nouæ  
Marchiæ insertus est Ducatus Crosnensis,  
& pars Lusatiae Inferioris. Hæc cum eru-  
ptionibus simul atque iniurijs Bohemorum  
oportuna videretur, ne ad casus aliquando  
tristiores recideret, in ea Peissum Iohan-  
nes Brandenburgicus munire cepit. Vicus  
ille vno distat milliari à Cotbusio, in pla-  
nitie ad siluam continua serie aliquot mil-  
liaria emerentem. Felicior si Sueuus agrum  
humectasset, & ad reliquas oportunita-  
tes hæc etiam commoditas accessisset. Na-  
turam igitur arte adiuuari posse intelligens,  
cupido incessit eam fatigandi, & mox in-  
de à Cotbusio ex Sueuo per monenta fa-  
cili negotio tractum illum omnem per  
aquæductus inundauit, aggeribus pari spa-  
tio congestis, intra quos aquæductus coer-  
cuit, quoque vellet & vsus esset eorum  
deriuauit, molarumque commoda addi-  
dit insignia. Nihil enim tam arduum atque  
difficile genuit natura, quin virtus, indu-  
stria, laborque indefessus non possit expe-  
riundo eniti, etsi reliqui desperauerint. Tri-  
plicem



plicem deinde fossam æquo intervallo distantem fecit, terramque egestam in aggerem subducens, vallum extruxit in eam altitudinem, ut ædium quoque conspectum imminentibus adimeret. Vallum muro vestiuit instructo laterculo coctili calce interlito, hunc propugnaculis quatuor maioris longè roboris, instructiorisque ab omni parte excellentiæ, quàm corpus ipsum munivit. Arx muro inherens, non tam ad magnificentiam quàm firmitatem comparata, in qua eminet turris præalta, unde longè lateque prospectus pater, tanquam ex tutissima specula, ad usum tormentorum maiorum peraccommodata. Hic simul armamentarium rerum ad bellum inferendum vel propulsandum, perferendamque uel longiorem obsidionem necessariarum iustruit. Cannas maiores ex ære vel campanis, quas huc illuc per agros & oppida, tanquam re Ecclesiæ incrementis salutisque parum commodantem conquisierat, ex metallis, materiisque coempta in fodinis confecit, quibusdam per munitiones distributis, reliquis ad locum designatum subduci iussis. Certos etiam sub fidei iuramento obstrictos milites cum præfecto, qui præsidio essent, imposuit. Prodiit hoc anno Georgij Sabini scriptum in Iohannem Sleidanum, quo existimationem Iohannis Brandenburgici defendit, dicitque: Cum seculum hoc varijs bellorum motibus, & insigni rerum mutatione expositum impeditumque fuisset,  
Præclare



*Georgij* præclare de Repub: mereri eos, qui in grã-  
*Sabini* riam posteritatis ea, sicut gesta sunt, literis  
*Apologi* acuratis idoneè commendarent. At illud au-  
*à contra* tem cum laude præstandum, non solum pru-  
*Johannē* dentiam civilem dicendiq; facultatem affe-  
*Steida* rendam, sed ad illum etiam finem respicien-  
*zum.* dum esse, vt cum vero per omnia consenti-  
rent, quæ vel spectarent, vel in medium ad-  
ducerent, neq; affectibus odio, vel gratia in-  
dulgerent. In sensum fuisse Timæum histori-  
cum Agathocli Siciliae Regi, subinde igitur  
in eum styllum acuisse, & cum supra modum  
contumelijs delectaretur, nec innocentibus  
parceret, pro Timæo Epitimaum dictum.  
Acerbissimorum conuiciorum molem con-  
gessisse in Philippum Macedonem, eiusq;  
exercitum Theopompum, de eo supplicium  
pro merito postquã Alexander filius sum-  
pturus fuisset, ritu supplicis ad aram Dianæ  
Ephesiae confugisse, Daphitam quendam  
cruci affixum, et Calsium vnã cum libris edi-  
tis publicè crematum, quod virorum illu-  
strium famam aliorum ludibrijs et contume-  
lijs maledicè prostituissent, & mordicus la-  
cerassent. Augustum immodesta narratione  
Timagenis offensum, in quem etsi pro singu-  
lari clementia atq; sapientia sua nihil grauius  
statuisset, familiaritatem tamen pristinam re-  
tunciassent, Tiberium verò postea secuti per-  
cussisse, cum quidem historia illius à posteris  
tate probaretur. Nostra memoria Paulum  
Iouium Nouocomensem de potissima Ger-  
mania parte & iniquè sensisse, & perperam  
scripsisse



scripsisse, sola adductum ratione illa quod ex  
ploris Pontificiorum dogmatib. vera pietate  
D E V M rectius coleret. Nec satis honorifi-  
cam mentionem facere, imò aperte detrahere  
laudib. Ioachimi II. El. de quo cōstaret, nul-  
lum alium præclarus de repub. Christiana  
mereri. Impingere præterea in crimen falsi,  
tūm alijs in locis, tūm verò, ubi narraret, cū,  
anno XLII. copijs pub. Imperij decreto con-  
tra Tūrcicas irruptiones præfectū, in Vngaria  
segnis luxu et ocioso animo, tempus gerendis  
rebus commodam, nec dignitatem Imp. nec  
exercitum, vel regarorum necessitatē magni  
Ducis more merentem, deperdidisse. Cumq;  
omnibus viribus festum oppugnaretur, &  
cuncta armis perstreperent, periculo se sub-  
duxisse. Id quā impudens esset mendacium,  
cum insigni iniuria coniunctū, testari posse,  
qui summæ rei legati adfuisent. Negari  
sanè non posse, segnem atq; inutilem mo-  
ram interuenisse, non sine enormi iactura  
cariss. rerum, & ignominia reipublicæ  
sed multum in eo peccare Louium, quod tan-  
tæ inuidiæ culpam in opt. principem deriva-  
ret, & interim præteriret malum, quod altius  
subfuisset, & omnes à recta belli administran-  
di ratione auertisset. Quasçā enim prouinci-  
as & ciuitates nullam ex promisso pecuniam  
contribuisse, vnde militi stipendia dissolue-  
rentur. Fuisse qui copias suas mittere omni-  
nò detrectassent, quosdam tardius quā ex-  
pediisset, istud fecisse. Stratagemate hoc  
Galliæ Regem elusisse potentiā Caroli Imp.

C                      contra

*Refutatō  
o calum-  
niæ Louij*



Contra quem rebus nouis studens, quod nauis  
fragio ad Algieram interisse falso rumor le-  
geretur, bellum instaurabat. Alieno igitur  
plane tempore, sed ipsi per commodo praeter  
omne expectationem Imperium turbasse. Pa-  
ribus enim auspitijs in Morinos, Atrebates,  
et Brabantiam, Longuuallo & Martino Ros-  
semio ducibus, maximos immisisse exercitus.  
Ipsam diuersa regni parte mouisse, Papinianum  
oppidum ad Pyrenaeos montes hostiliter op-  
pugnasse: Aureliano principe interim ex  
improviso agrum Lucelburgensem popula-  
re. Iisdem fere diebus Saxonem atque Landgra-  
uum in Henricum Brunsvicensem iuisse, eumque  
de principatu deiecisse, contra Imp. decretum  
nuperrime factum, quo cautum fuisset, ne quis  
sub id tempus, quo respub. bello gerendo con-  
tra communes hostes occuparetur, quidquam  
moueret, vel attentaret, sed pacem ex aequo  
colerent, vel legibus disceptationes in loco con-  
ueniente decidendas permitterent. Neque tor-  
menta bellica cum ijs, quae ex eorum usu essent,  
opportune aduecta ab illis, qui istud facturos  
in se recepissent. Plane etiam inuitos Vngar-  
os in societatem belli concessisse, quod Or-  
dines Imp. inter se dissentire accepissent, eum-  
demque tertio vice vix tandem Imperio acqui-  
euisse, ut vires suas Germanorum copijs ag-  
gregarent. Scilicet ad eum modum necessi-  
tatem in aduersis fortiores esse, quam ratio-  
nem, nec ibi, quae spetiosa forent dictu, sed quae  
ex usu venirent, sequenda fuisse. Quem autem  
Ducum, cum tantis conflictatum difficultatibus  
rerum, non pertaesum iri existimarent. Huc



quidē animi semper obliuētantis aduersis fu-  
isse, sed irritum ut plurimum fieri laborem,  
ubi obstarent omnia. Quis verò nesciret, pe-  
cunias esse belli neruos, quibus deficientibus,  
simul rueret disciplina militaris: Motu verò  
facilimo rem in seditionem verti, qua nihil  
tristius esset, nisi cōmodum ope interpolare-  
tur, quod & hīc vsu venisset, ad imperiū enim  
fremtus vndiq; indignantium tota cōcione  
obstrepuisse, dum non studijs, sed ira agerent,  
ut palā conclamarent, si vel vnica sanguinis  
gutta victoriā pacisci possent, signa non se-  
cuturos, quib. & similib. vocib. seditiosis ca-  
stra compleuissent, ut princeps ipse, ppē pro  
seditione fuisset, nō parū periclitatus. Ex-  
stare de his omnibus grauissimē scriptas lite-  
ras ad Ferdinandū Regem, et ordines Impu  
Norimbergē cōgregatos. Nec probari posse,  
intēpestiuīs conuiuijs deditū tempus inutiliter  
cōsumpsisse, epularumq; satietatē ludis inter-  
polasse. Tām verò vecordem & nullius ani-  
mi fuisse, ita ut post principia lateret, & ad  
locū infamē se proriperet, crassum & turpe  
impudentiæ affine esse mendacium. Vir-  
tutem enim eius egregiam in adeundis belli  
periculis, tum alias sæpē, tum verò, cum Tur-  
cæ anno XXXII. ex Austria, XVII. milli-  
bus equitum interfectis, profligarentur, satis  
esse perspectam. Itaq; ad scribendi faculta-  
tem diligentiam quob; maiorē in inquirendis  
rebus fidemq; et candorem sine prauo affectu  
afferendum Iouio, si vtiliter consulere po-  
steris voluisset. Sleidani verò operam ut ap-  
paret

*Iouij mē  
daciū*

*Historio  
graphi  
officiū*



*Interim*

*Sleidani  
negli-  
gentia.*

probarer suo calculo, adduci maxime, quod  
videret, splendidum sermonis genus cum vera  
de religione sententia coniungere, & sui in-  
diti causas, pro loco asperfas, de doctrina  
admiscere. Inter alia, quod constantiam Io-  
hannis Brandenburgici, principis sapientia et  
virtute clarissimi, in repudiandis corruptelis,  
quib. ineptè titulum fecissent Interim, præ-  
dicaret, in eo sibi ipsi constare, egregiumque  
veritati ferre testimonium, gratiam igitur, qua  
dignus esset, ipsi habere. Multum enim con-  
ducere iudicia sapientum principum de tantis  
controversiis in Ecclesia ad posteritatem cognita  
transmitti. Sed ut intelligeretur, cetera quoque  
talium principum consilia cum pub. negociis  
congruere, quò res Ecclesie eorum auctori-  
tate eò fortius promoverentur, plurimum re-  
ferre, integram existare historiam. Fuisse Io-  
hannem Brandenburgicum in castris Caroli  
Imp. anno XLVI. Eo nomine grauer à fæ-  
deratis, quib. cum Imperator bellum gerebat,  
accusatum, & palam violenter fidei & fæderis  
insimulatum. Hæc ipsum rectè scribere, sed  
quod grauissimum ipsius responsum reliquis non  
subiunxisset, non esse laudandum. Nec arbi-  
trari consultò omissum, sed cum pub. typis  
excusum prostarer, negligentiam istam in  
inuestigando non omnino reprehensione  
carere. Grauer enim æque atque modestè scri-  
ptum, facile edocere principem pro sua sapi-  
entia cognatorum dignitati consilio singulari  
pepercisse. Imperatorem promississe, se doctri-  
nam in Ecclesiis receptam non mutaturum,  
& longè



et longè alias adduxisse in medium belli cau-  
sas, quàm fæderati. Nequaquam igitur incu-  
sandum, quod à defensione doctrinæ sese dis-  
iunxisset. Non disputare de arcanis princi-  
pum negocijs, in eo verti cardinē Orationis  
vt sibi admonendus videretur, ne in commē-  
tarijs denuò prælo subiiciendis, laudatissimi  
principis Apologiã præteriret, vt integram  
posteritas causam legeret, nec tantum ex alte-  
rius partis narratione iudicaret. Hanc legem  
non Athenis solum in tabulis ligneis inscri-  
ptam, vt vtraq; pars audiretur, sed omnium  
mentib. firmiter infixã esse oportere. Hunc  
diuinæ suæ lucis radium animis hominum  
Deum inseruisse, hanc illis normam cõmu-  
nicasse. Nequaquam igitur defensionē istam  
fuisse omittendam, imprimis cum non solum  
tanti princip. plurimum interesset, sed etiam  
familia nobiliss. fama cum auctoritate præ-  
clari testimonij de doctrina periclitaretur.  
Viderent omnes, nō fuisse hanc eius mentem  
vt oppugnaret religionem, cui semel nomen  
gravi consilio dedisset, eiusq; rei euidens ar-  
gumentum esse, quod patrociniū illius con-  
tra voluntatem Imperatoris suscepisset. Esse  
eum, principem sapientē, non prauis cupidi-  
tatib. seruientem, hanc diuinam consiliorum  
regulam, quam & vexillo inscripisset, in om-  
ni actione sibi propositū habere, Date Deo,  
q̄ sunt Dei, & quæ Cæsaris Cæsari. Hoc discri-  
men rectè intelligere, & vera pietate graui-  
tateq; summa tueri. Hinc pio & sincero cultu  
Deum affici, & vigilantia singulari doctrinæ

*Audia-  
tur vtra-  
q; pars.*

*Virtutes  
Iohānis  
Branden-  
burgici.*

C 3

puritas



puritatem in Ecclesiis, & in populo discipli-  
nam conseruare. Consilia sua ad Germaniæ  
salutem conferre, quibus multum in publicis  
negocijs deliberationes adiuuarentur, & cõ-  
trouersie principum sæpius tollerentur. Vi-  
tam interiorẽ castitati, modestia, & alijs vir-  
tutib. addictam, nullis agi sordidis volupta-  
tib. Descripta ordine certo & perpetuo tem-  
pora, alia deliberationib. & cognitioni cau-  
sarum suæ ditionis destinata, alia lectiõni sa-  
cræ seruire, alia precibus, alia exterorum le-  
gationibus dari. Quod exiguum superesset,  
curæ corporis tribui. Hæc nota esse publicè,  
sed et plurimum expedire, vt planum esset &  
perspicuum, eum non timore aut errore huc  
plapsum, sed optimo consilio adductum, vt  
subscriberet ei confessioni, quæ Idolatriam  
Pontificiam oppugnaret. Hæc testimonia  
apud posteritatem deposita docere, quales  
Ecclesiæ habuissent principes, & cursum do-  
ctrinæ Euāgelicæ plurimū promouere. Suo  
igitur loco defensionẽ hanc grauissimã pub-  
editam, in qua crimen sibi obiectū verè dilue-  
ret, atq; ita depelleret, vt ea fæderati ipsi ac-  
quiescerent, historiæ insereret. Habituram  
plus fidei integram narrationem, & minus  
principem sapientia & virtute excellentem  
lædi, quem iusta laude commendaret, vbi  
quanta animi magnitudine atq; constantia,  
anno XLVIII, in comitijs Augustanis Euā-  
gelij doctrinam propugnandam suscepisset,  
rectè commemoraret, dūm, consternatis ac  
vacillantib. ceteris, solus decreto reclamasset,

*Cōstātia  
Iohānis  
Pr. Au-  
gusta.*

quæ



quo Imperij ordines libro de religione, in eo  
conuentu conscripto & recepto, assentiri iu-  
bebantur. Et cum pleriq; Cæsari in eo mo-  
rem gelsissent, ipseq; sine modo vrgeretur  
illum, vt principem pium, cordatum, & in  
asserenda veritate constantem decebat, Cæ-  
sarem omnibus ob victoriam formidabilem  
adiisse, cumq; assidente Ferdinando Rege  
admonuisse promissi, quo sibi ante bellum  
cauisset, non peti religionis mutationem,  
isto si teneri noller, intrepidè restatum fuisse,  
vitam se potius, quàm Confessionem suam  
de incorrupta Euāgelij doctrina, in discrimē  
venire passurum. Indicium hoc esse magni  
atq; constantis animi, req; ipsa comproban-  
tis, quantæ calumniæ propinqua esset incu-  
sitio illa, qua fidei desertorem & proditorem  
religionis descripsisset fæderatorum inuecti-  
ua, cum tamen illum vnicum in isto bello  
sibi propositum finem habuisset, vt sacra re-  
ctaq; religione sua dignitas summo magistra-  
tui constaret. Die X. Augusti Sol nitorem  
sideris sui condidit, deinde cruoris colore  
suffuso lumē omne fædauit, sollicitisq; sub ipso  
tanti discriminis casu animis ingens religio,  
& ex ea formido quædam incussa est. Eo mo-  
mento pugna memorabilis inter Gallos &  
Hispanos committitur, victisq; magna suo-  
rum strage Gallis, multi ex præcipua nobili-  
tate ad urbem Santquintinū capti sunt, à qua  
clade lilia florentissimi regni, accedentib; ad  
reliqua funesta mala intestinis discordijs, val-  
de cōtrita sunt. Sic enim in facis humanis est  
vicissitudo

*Eclipsa  
solis.*

*Prælium  
ad Sant-  
quinti-  
num.*

G r vicissitudo



vicissitudo, vt Imperia, quę secundo cursu per  
continuos annos ad summū fastigium felici-  
tatis euexerunt, vel magno vicissim motu cō-  
cutiant, vel affligant, admoneantq; mortales  
fragilitatis humanę, cuius nimia in prosperis  
rebus obliuio est. Sed et aliud malum funesto  
ac dolente quasi ore aperuit, cuius fæditatem,  
dum geminato parricidio respub. Christiana  
peteretur, aspicere nō sustinuit, in colloquio  
inter Theologos nominis protestantium &  
pontificios inchoato. Ad illud Ioachimus  
El. legatos misit. De euentu eius ex primo  
congressu inauspicato iudicatum fuit. Qui  
primum dixerant sententiam, eò spectabant,  
vt antequā in aduersarios irent, prius inter se  
concordiam, cōsensumq; & normā doctrinę  
congruentē cum Augustana Confessione &  
articulis Smalcaldicis, constituerent, & sic ubi  
a quibusdam peccatū foret, damnarent. No-  
minabant autem imprimis Cinglianos, erro-  
rem Osiandri, propositionem de bonis ope-  
ribus, et lapsum eorū, qui Adiaphora appro-  
bassent, Brentius aliam fermē viam ingressus  
excusando Osiandrū quod mentem eius nō  
satis affecti fuissent, omnium minimē dam-  
nandum censebat. Philippus Melanthon nō  
quidē ita fieri posse repugnabat, si articulos  
formatos ad colloquiū attulissent, qui ad am-  
pliolem deliberationem vocarentur, sed ve-  
rebatur, quandoquidem a paucis tam arduum  
negotium tractaretur, ne in tanta multorum  
rabie, qua vel optima in inuidiam & calum-  
niā raperentur, schisma cum maiore periculo

*Colloqui-  
ū Vuor-  
matiese.*

con-



coniunctum excitarent. Testatus etiam est,  
sibi Illiricum grauem facere iniuriam, qui in  
euulgato scripto Lipsensium crimen falsi com-  
misisset. Istud de consilio non negare, dedisse  
autem Francis, ne ob uestem linream, & fe-  
storum atq; lectionum ordinem Ecclesiae de-  
sereretur. His vtrò citroq; dictis, pars in cō-  
mune consulunt, oportere controuersiarum  
illarum decisionem in aliud tempus commo-  
dius reijci, interim ne Ecclesiae res quid dam-  
ni caperet, respiciendum in primis eò, cur ve-  
nissent, cumq; viderent aduersarios in mala  
causa tanta constantia conspirare, ad illorum  
exemplum in communi periculo actiones  
omnes componendas cōiungendosq; animos,  
ne distractio alieno tempore reipub. incom-  
modaret. Idē legati Brandenburgici petebāt,  
iudicabantq; ad concordiam multum factu-  
rum, si in singulis articulis post res explicatas  
singuli suas dicerent sententias, & adderent  
damnationes. Sed altera parte nihil cedente,  
expresse assignata sunt, quae volebant, & lega-  
tis principum exhibita. Ad Adiaphoristica  
etiam Philippus addebat, malle se hanc acci-  
pere pacis studio plagā, licet innocens, quam  
videri pub. causae cōtra aduersarios defuisse.  
Inde ad disputationem itum est, & quando-  
quidem pontificij scriptus certare malebant,  
id quoq; illis datum, & cum de iudicijs Eccle-  
siae eiusq; norma non conueniret, Pontificijs  
eam in perpetuò Ecclesiae consensu constitu-  
entib. protestantib. verò, ad scripta prophe-  
tica & Apostolica cum symbolis, prouocan-

*Legati  
Brandenburgici  
colloquē  
o adsumē*

*Modera-  
tia Phi-  
lippi Me-  
lantio*

*C 5 tibus*



*Confunduntur Pontificii.*

*Colloquium sine fructu abiit.*

*Scriptum Theologorum Protestantium.*

tribus, ab illis eadem ad cōiicia decursum est, arrogantiam his obijcientes, qui sua placita vetustati anteponerent, & tamen inter se nihil minus quam sententijs cōgruerent. Submissa disputatione de peccato originis, cum manifestè absurda defendentes confunderentur, inuenerunt rationem abrumpendi colloquij, postulantes, antequam ad reliqua pergerent, Cinglianos prius, Osiandrum, atq; Illyricum damnari. Responsum fuit, materias prius explicatè declarandas, postea in singulis articulis ordine damnationes subiiciendas, simpliciter enim factas, parituras esse ambiguitates. His dum illi nequaquam acquiescerent, collegæ qui earum auctores fuerant, eas sicut legatis Principum exhibuerant, aduersarijs quoq; inuitis reliquis tradiderunt atq; euestigiò domum rediere. Hac exoptata distractione facta, Pontificijs in ullum amplius colloquiū consentire integrum non erat: Instabant Protestantium Theologi, ut cōtinuaretur. Ferdinandus etiā Cæsar mandabat, ut progredieretur, statuitq; satis esse, si ordine in singulis articulis dānationes rebus explicatis submitterentur. Sed ne sic Pontificij adduci potuerunt. Spreta simul auctoritate Cæsaris, & præsidis admonitione. Ita expectatione sua frustratæ sunt Ecclesiæ, quam de hoc colloquio ingentem conceperant, dum incassum conciderunt actiones, ad dissidia verò non leuis accessio fieret. Edunt deinde scriptum publicum Theologi, qui manserant, mense Decembri, & docent: Exoptasse se semper, ut tempora nostra ad eam felicitatem eadem



reederent, quo pietatis & doctrinae nomine  
commendati uiri cum aliquo numero conueni-  
rent, qui candidè atq; modeste sine inuidia &  
Sophistica de his rebus, quae explicatione ampli-  
ore indigerent, colloquerentur, longè hoc cum  
maiore utilitate coniunctum iri, quam cum ad-  
uersarijs, qui obstinatè atq; ex professo ma-  
nifestà Idololatriam defenderent, in discepta-  
tionem seu potius altercationem rapi. Morem  
se in hoc colloquio gessisse principibus. Scire se  
etià, fidei suae rationem semper, in primis apud  
doctos reddendam. Itaque approbasse collo-  
quiū ea quidem spe, suo non cariturū fructu,  
veras et modestas responsiones dedisse ad ar-  
ticulos, quae proponerentur. Neque id spectasse, quo-  
modo arrepta aliqua occasione abrumperen-  
tur. An verò aduersariorum idem fuisset studiū,  
mens, atq; voluntas, dum eo uno occuparen-  
tur animis atq; viribus, ut non solum con-  
gressus atq; tractatus ulteriores impediren-  
tur, sed etiam distractionis iniecta materia,  
cum aliquo praetextu colloquium desererent.  
Postquā igitur apertè tergiuersarentur, neque  
in instituto progredi quidquam vel animi  
vel voluntatis haberent, protestatos scripto  
culpam nullam in se residere, quo minus do-  
gmata quaedam conciliarentur. Et testari et-  
iam nūm, per gratiam Dei scriptis se prophe-  
tarum & Apostolorum cum symbolis firmi-  
ter & cōstanter inhaerere, et cōfessionem Au-  
gustinā, anno 30. exhibitā, retinere atq; am-  
plexi, neque doctrinam illam unquā mutatu-  
ros, improbare etiā atq; dānnare, si quod  
illi gererent.

*Causa*

*cur cola*

*loquium*

*sine friv*

*ctu abio*

*rit.*

*Cōfessio*

*Theolo*

*gerunt.*



illi contrarium doceretur. Nec quidem leui  
necessitate huc pertrahi, vt de hac re publicè  
monerent, ne insuspicionem vocarentur à  
maleuolis. quod dissensionibus delectarentur  
discordiasq; nouas sererēt. Precari se ex ani-  
mo Ecclesiae vbiq; locorum felicia incremen-  
ta, atq; in doctrina concordiam, ne conten-  
tionibus inuocatio Dei impediretur. Neq;  
esse, quod tantopere de aucta in doctrina  
dissensione gloriarentur aduersarij cum nulla  
esset inter eos, qui ibi fuissent congregati.  
Orare vt Seruator Opt. Max. ipse Ecclesiae  
sua vulnera sanaret, & vt verus Samaritanus  
à latronibus sauciatis opitularetur. Petere  
etiam, ne vulnera Ecclesiae falsis dogmatibus  
& contentionibus minus necessarijs augerēt.  
Fuisse semper aliquorū lapsus & nauos, qui  
cum sanabiles medicinam admitterent, non  
essent hostium loco habendi. Non enim ean-  
dem esse conditionem hostium atq; ciuium,  
aliumq; esse contumacium, alium sanabilium  
respectum. Neq; cum his stricto iure agendū  
qui admoniti emendationem promitterent.  
Quia potius voluntatē Dei intuendam, qui  
apud Zachariam Prophetam praeciperet, vt  
alter cum altero veritatem loqueretur, pacēq;  
procuraret, innuens, vt eò potissimum respi-  
ceremus, quomodo doctrina & inuocatio  
pura sancta rectaq; consisteret, & simul pax  
& concordia conseruaretur. Parcendum Ec-  
clesiae, quae nunc, cum mundus ad finem ppe-  
raret, segnior, tristior, atq; deterior euaderet  
indies. Eam potius iuuandum promouen-  
damq;.

*Ecclesia  
horum  
tempo-  
rum*



damq; Ad quam rem, si quid opis ipsi afferre  
possent, opellā suam semper oportuna fuisse,  
daturusq; operam, ut in posterum quoq; in  
quibus comodis illius obsequēdi facultas fo-  
ret, paratissima officia sua omnib; bonis cō-  
starent. Subijcere se tandem ipsos iudicio do-  
ctorū atq; piorum in Ecclesijs harum regio-  
num. Hoc anno grauis fuit annonæ caritas,  
hiemis etiam asperitas tanta, ut non solūm  
iumenta pecoraq;, sed etiam mortales pluri-  
mos absumeret: Insequentem verò insignis  
rerum & Imp. per Franconiam & Voitlan-  
diam excepit mutatio. Cum enim Ioachim;  
Slibenius Sequestri nomine has prouincias  
teneret, Georgius Fridericus Brandeburgic;  
eas ex hæreditate, et quod proxima agnatio-  
ne Albertum Brandeburgicū continebat  
per legatos reposcebat. Nec detrectabant fe-  
derati restitutionem, sed sumptuum in bel-  
lum impensorum, quod Alberti iniurijs po-  
tissimum esset excitatum, recompensationē  
postulabant. Quam rem Ferdinandus Cæsar  
ut pote q̄ prolixores, & à præsentī negotio  
alieniores tractatus deposceret, ad futuram  
actionem, vel proxima Imp. comitia reijci-  
endam iudicabat, simulq; ijs mensem Febr.  
designabat. Ad tempus igitur Bachanaliōrū  
conueniunt Francofurti ad Mænum princi-  
pes Electores, aderat etiam Ioachimus El. In  
eorum confessū die XIII. præstō sunt legati  
Caroli Imperium resignantes & coronam,  
sceptrum, atq; reliqua sacri Imperij ornamē-  
ta deponunt, suo calculo in Ferdinandum  
Regem

*Annona  
caritas  
atq; hiēs  
aspera.*

LVIII.

*Comitia  
Imperij  
Franco-  
furti ad  
Mænum.*



Regem transferentes. Collectis deinde suffragiis, unanimi ille sententia XIII. Martij Imperator Augustus eligitur, & paulo post a Moguntino in templo, Diuo Bortholomeo sacro, pub. renunciatur. In his consilijs et actionibus eloquentia et auctoritas Joachimi El. maximè enituit, qui à uouo Cesare inaugurationem prouinciarum suarum consuetis ceremonijs petens, eà die XVI. Mart. solenniter sub dio impetrat. Interim dum Elector reipub. causa à suis abest, Iohanes Vucinlobius Cancellarius extremum vite sue diem Berolini claudit. De cuius morte postquam renunciatum esset, unus Lampertus Distelmeierus, quem ante annos septem Lipsia accersitum primum aulicè Senatorem asseruerat, consiliorumque omnium intimè conscium secum ad conuentum adduxerat, prè multis dignus visus est, cui rectè tanta pruincla committeretur. Itaque sine plixiore interposita de liberatione & mora, à Vucinlobio pie defuncto in hunc dignitatè Cancellarij, cum omnium congratulatione sub exitum mensis Martij, bonis auspicijs Francofurti transfert. Quandoquidem uerò huius uiri merita in tempore Marchicà maxima sint, paululum in eius uirtutes extra ordinem expatiabimur. Patria Lipsiensis fuit, honestis parentibus natus, ingenio tato, ut naturali impetu ad summa quæque raperetur. A teneris mox, studijs liberalibus delectatus, singularem de se concitauit expectationem. Adolescens tribus eruditissimis linguis instructus, Theologiæ studio potissimum se per biennium dedit, sed hortantibus amicis mutato instituto ad ius Civile animam adiecit.

*Ioannes  
Vucinlobius  
mors  
ritur.*

*Lampertus  
Distelmeierus  
Cancellarius.*



est. Familiarissimus semper Albino, de quo *Adrianus*  
Ioach: Camerarius iudicabat, Nihil tam præ- *Albini*  
clarum de eo dici posse, quin virtute separaret. *lanus.*  
In iure feliciter progressus, Dresdæ in fami-  
liam Simonis Pistorij ascriptus est, vbi in au-  
la Mauritijs Saxonis multa vidit & audiuit.  
Inde rerum plurimarum usum consecutus  
Lipsiam rediit, & in amicitiam Petri Lo-  
riotti, Vlrici Mordisii, & Leonhardi Baden-  
hornij peruenit. quibus auctoribus, studiū quoque  
eloquentiæ excoluit, ea felicitate, vt cum Mor-  
disio nostri seculi Orator præstantissimus ha-  
beretur, Propter opinionem igitur sapien-  
tiæ, & dexteritatem, gratiamque in agendis &  
gerendis rebus tempore periculissimo Bu-  
dissinam euocatus, vt illi reipub. esset à cō-  
silijs, spartam hanc egregiè ornauit. Sed dum  
rectè ciuitati in difficillimis negotijs consu-  
lit, sibi minus commodè prospicit, nam in eo  
bello, quo Carolus Imp. Germaniam afflix-  
it, apud Ferdinandū Regem, quod cum Io-  
hanne Friderico El. Saxoniz, qui propter  
veræ religionis & pietatis studium, atque in  
confessione constantiam, nunquam satis lau-  
datam, mirificè amabatur & colebatur, supe-  
rior Lusatia fædus percusserat, grauius delat-  
est. Denuo igitur Lipsiā repetens Elisabethā  
Golthaniā matrimonio sibi iungit, Doctorū  
simul infulis ornat. Ex quo in magna existi-  
matione, expetit simul à Ferdinādo, Ducibus *Eusta-*  
Saxoniz, Episcopo Mersburg. et Academia *chig Sli-*  
Lipsēsi, in aulā tamē Ioach: El. per Eustachi- *benius.*  
um Slibenium, quem Itali facundum ap-  
pellitant



pellitant Germanum, & cui princeps intimè  
& maximè fidebat, accitus eò libentius con-  
cessit, quod Electorè non tantùm liberalita-  
te inexhausta, atq; humanitate inusitata, sed  
etiam sapientia & eloquentia admiranda, ce-  
teros principes omnes antecellere multis do-  
cumentis et testimonijs sciret. Et per septen-  
nium consiliarius sapientiam atq; fidem dex-  
trè atq; feliciter probavit, quì et annos insu-  
per triginta Cancellarij quoq; dignitatem in-  
comparabili successu tutatus est. Exemplum  
felicis aulici sapientis Senatoris, Viri magni-  
fici, atq; beati patris familias. Illius consilia  
*Virtutes* matura non tam ad speriem quàm salutè ac-  
*Lamper* commodata erant. In deliberationibus timi-  
*ti Distel* dior ferè, sed in ijs, quæ semel placuerant, cõ-  
*meieri* fidens omninò atq; constans: Ob dexteritatè  
iudicij & lætùm consiliorum euentum prin-  
cipibus maximis carissimus, Facultate sin-  
gulari expediendi breui ea, quæ longum alijs  
interuallum præscribere videbantur. Laborũ  
inter tot p̄fectiones longinquas, legationes  
frequentes, & occupationes infinitas, sine quæ-  
la, vel inextrema senectute patientissimus.  
Humanitatis fermè incomptæ erga omnes  
cuiuscunq; ordinis, qua nullius aduentis vel  
supplicis desideria fastidiuit, vultu atq; voce  
gratificandi voluntatem paratissimam osten-  
dens. Aequabilis semper fortunæ, qui cum  
alios statione sua deiectos loco moueri aut  
præcipites ire vidisset, ipse tamen eandè ppe-  
tuo dignitatis tenore cursum tenuit. In con-  
iugio & liberorũ educatione atq; elocatione  
felix :



felix : Christianum filium vidit intimum *Christi*  
principis consiliarium, annos vix adolescen- *nus Di-*  
tia egressum, & sicut bonorum heredem, ita *stelmet-*  
dignitatis successorem reliquit, eo quidem *erus Ca-*  
successu, ut dubium sit, ad mirandusne ma- *cellario.*  
gis pater quam filius sit. Obijt Lāpertus pla-  
cide anno Christi mirabili M. D. LX XXVII  
12. Oct. ex catharro tussiculoso & suffoca-  
tuo, quem in pluviosa & Austrina cæli con-  
stitutione contraxerat. In hoc cōuentu cum  
Pontificij multa de Augustanæ Confessionis *Augusta*  
discrepātia in protestantes impune euome- *na Cōfes-*  
rent, principes qui erant eius confessionis *sioalana*  
habita communi deliberatione decreuerunt, *niam pa-*  
oportere certum designari locum, in quo de *titur.*  
his & alijs ad religionem pertinentibus, quā  
primum, sepositis reliquis negocijs, agerent.  
Ne tamen interim respub. Christiana quid  
detrimenti caperet, ex usu actionū futurarū  
& re Ecclesiæ iudicatum fuit, fundamenta quā-  
dā incundæ concordiaē ponere, ex quib. po-  
stea in frequentiore congressu, sopitis cōtro-  
uersijs, firma Ecclesiæ pax exadificaretur.  
Quandoquidem verò inter Theologos au-  
toritas esset præcipua Philippi Melanthonis,  
petitum est ab eo, ut concepta certa for- *Philippi*  
mula viam monstraret, cui inhaerentes expe- *Mel. for-*  
ditioem ad tollenda distidia rationem in- *mula cō-*  
uenirent, citra tamen præiudicium aliquod, in *cordiaē*  
eum finem, ut sciri posset, de quibus rebus  
colloquendum, & quomodo ea, quæ in con-  
trouersiam venissent, facilius componeren-  
tur. Hoc secutus ille mandatum articulos quid-  
dem

D

dem



dem facientes ad hoc institutum conscripserunt, sed cum uarie acciperentur, nec omnibus satisfacere possent, planius quiddam atque explicatius desideratum fuit, ne propter ambiguitatem atque obscuritatem distractiones auerterentur. Ioachimus uero Elector ingenuè atque palam contestatus est, se in nullam aliam confessionem, quam illam quae Augustae anno XXX. Caesari exhibita, scriptis prophetarum & Apostolorum, tribusque receptis symbolis esset conformis, consentire, eius uerbis sententiaeque sanae atque incorruptae insistere, nec ab ea uel latum unguem discessurum. Id etiam sibi curae futurum, ut iuxta hanc normam in Ecclesiis & scholis doceretur, neque sanè aliud, uel huic contrarium, quacumque tandem specie palliarum, per suas prouincias toleraturum. Factum & hic in comitijs auctoritate noui Imperatoris decretum, ut Georgius Fridericus Brandeburgensis in possessionem ditionis paternae atque patruelis immitteretur. Itaque cum incredibili subditorum gratulatione atque laetitia haereditarias prouincias Galliciasque adijt, Alberti quoque agrum omnem sui iuris fecit. Sed et Ducatum Iegerndorfianum Silesiae superioris in fidem suam sub iuramento accepit. Fuit hic olim inserrus Troppauensis, qui nomen habet à Troppeno, urbe primaria ad radices montium Sudetarum, in finibus Bohemiae & Morauiae, cuius insignia uel hodie retinet. Inter alia eminet oppida Lisuicium, aedificijs publicis, Ordine Senatorio, pietate atque honestate ciuium, frequentia doctorum, et comertiorum multitudine egregium. Iegersdorfium uero metropoli

*Ioachimus  
Elect. constan-  
tia in tu-  
enda con-  
fess. Au-  
gust.*

*Georgio  
Frid. Br.  
ditioues  
suas adijt*

*Lisuiciū,*



metropolis est regionis. In ea Georgius Br̄a  
deburgicus molem arcis magnificæ excitauit,  
sedem & curiam aulae cum præfide guberna-  
tionis constituit, locumq; ibi eudendæ mo-  
netæ designauit. Intersecatur flumine, vena-  
tionesq; habet propinquas & copiosas. Ho-  
diè Carnouiam vocant à cornibus, quæ cum  
duabus stellis insignia ciuitatis præ se ferunt,  
unde forsàn Cornuua rectius appellaretur. *Carnouia*  
Superioribus seculis domicilium fuit vena-  
torum, cùm adhuc siluis essent cuncta in  
toto illo tractu densioribus obsita, quæ  
nunc exulta in ciuitatem frequentem, &  
campos amænos atq; vberes processerunt.  
Antiquitus Schellenbergiorum fuit iurisdic-  
tionis, quorum familia funditus intercidit.  
Restant adhuc ruinæ arcis vetustæ eius no-  
minis in monte vicino. Auspicijs Georgij  
Brandenburgici Ducatus hic primùm ad Mar-  
chiones peruenit, hac quidem, ut volunt, rati-  
one. Cùm Ludouicus, Vngariæ atq; Bohe-  
miæ Rex, per ætatem nondum administra-  
tioni regnorum par esset, nedùm vitæ suæ  
regendæ modum haberet, à proceribus Ge-  
orgius princeps propter virtutem expetitus  
est, vt aulae præfectus atq; Regi puero magi-  
ster præficeret, & vitæ gloriolè forman-  
dæ rationem conuenienter præscriberet, in-  
dolemq; heroicam viuis virtutum exemplis,  
alijsq; incitamentis generoso animo dignis  
excitaret, doceretq; pro auctoritate sibi im-  
perare prius quàm alijs, simul etiã partē guber-  
nationis

*Carnouia*

*uia*

*Schellenbergio*

*Georgio*

*Br. præ-*

*ficatur*

*educatio*

*bi regia*

*et regno*



*Ducatus Iegerndor-  
 fiani peruenit  
 ad Pr.  
 Brand.  
 Alberto  
 Br. ducatum Ie-  
 gerndor-  
 sibi ven-  
 dicat.*

nationis publicæ in se reciperet. Quod ille eâ  
 fide, diligentia, & pietate præstitit, vt proce-  
 rib. æquè atq; Regi carissimus existeret. Is  
 iam rerum potit⁹ quasdā præfecturas in Vn-  
 garia, ne erga benè meritum ingratus videret-  
 tur, publico decreto donauit, quibus vt eren-  
 tur et frueretur ipse et posteri eius. Insequen-  
 tibus annis facta permutatione à Ludouico  
 Ducatum Iegerndorfianū, quod & vicinior.  
 et ratione commertiorū & linguæ Germanis  
 foret accōmodacior, obtinuit, eundemq; cum  
 non multò post Rex è uiuis excessisset, à Fer-  
 dinando successore in regnis sub iure feudi  
 accepit. Excultus inde multis modis, pluri-  
 mumq; auct⁹, imprimis religione sincera, ex-  
 plosis Pōtificijs laruis, abrogatis etiam con-  
 suetudinib. receptis pro more, sicubi cū legib.  
 Imperatorijs non quadrarent, in causis dubijs  
 pronunciari secundum normam iudiciorum  
 per Franconiā in forensibus & Ecclesiasticis  
 negocijs voluit. Pietatis autē, iustitiæ, clemē-  
 tiæ, atq; beneficentiæ nomine omniū sibi ani-  
 mos obstrictos fecit, ita vt adhuc hodiè sub-  
 ditis illius loci grata memoria sit desideratus.  
 Defuncto Georgio cum filium impuberem  
 relinqueret, res ad Albertum Brand. recidiē  
 vniuersa, qui sicut reliquas ditiones in Fran-  
 conia, ita hunc Ducatum sub tutelæ nomine  
 in suam redegit potestatem. Moto autē bello  
 intestino per Germaniam, cum Imp. victor  
 librum Interreligionis Alberto obtruderet  
 in Ecclesijs proponendū, vt iuxtā eius nor-  
 mam ageretur atq; doceretur, hic quoq; Du-  
 catus



gatus varias distractiones & turbas pertulit,  
 donec Alberto proscripto a Regijs occupa-  
 retur, qui Pontificiã Idololatriã restituere co-  
 nati sunt. Verũ hoc anno ad Georgium Fri-  
 dericum Brandeburgicum, iustũ hæredem, cũ  
 reliquis hæreditatib. permissione Ferdinãdi  
 rediit, ex quo principis huius ea in hanc rem  
 pub. sunt studia, is erga principem verus &  
 mutus amor, vt missa legatione, cũ audissent,  
 alieni se arbitriũ futuros, Legerndorfiani atq;  
 Lusitenses diligenter petierint, ne fidelissi-  
 mos subditos despiceret, sed hoc ad quoduis  
 eius Imperiũ paratiss. daret, ne alterius im-  
 perandi ius agnoscere necesse haberent: A  
 Curæ non annumeratur reliquis Ducatibus  
 quindecim Silesiæ, sed pperam: Certis enim  
 documentis probari potest, non solum hunc  
 esse Ducatum, sed etiã Marchiones Brandeb.  
 recte Ducibus Silesiæ accenseri, quod duos in-  
 signes principatus in ea, Croñensem & Ie-  
 gerndorfianũ sub plenario possessionis iure  
 obtineant. Cum itaq; in decimum iam annũ  
 post publicationem libri Augustani motus  
 Ecclesiarum variũ fuissent, omnia in statu op-  
 tatum restituit. In quo exemplum patris sui  
 Georgij secutus, benemerita eiũ in reppub.  
 virtutibus principe dignis superavit. Non  
 enim firmam atq; stabilem sedẽ habet religio  
 vi atq; metu expressa, quę quamlibet foris ne-  
 cessitati seruiat, intus quidẽ in animo liberri-  
 ma est. Itaq; in Pontificiæ Idololatriæ locum  
 submisit Augustanam Cõfessionẽ, vocauitq;  
 idoneos verbi ministros, qui ad eius analogiã

*Georgio  
 Frid. Br.  
 recipi  
 Ducatũ  
 Legerndorf.*

*Error  
 Curæ.*

*Marchio-  
 nes Br.  
 sunt Du-  
 ces Sile-  
 siæ.*

D. 3. doce





docerent. Quo factō mirificē sibi hominum  
animos conciliauit. Nihil enim æquē ad reli-  
gādos atq; deuinciendos hominum animos,  
aut ad moderandas stabiliendasq; respub. va-  
let, quam religio, quæ pietate, & integritate  
principis maximē excitatur. Ne autē temerē  
quid fecisse videretur, cōuentū Ordinū ditio-  
*Conuen-* nis suę cogens, in āplissimo eorū cōseſſu atq;  
*ius ordi-* panegyri, cum res difficillimæ atq; grauissi-  
*num Br.* mæ in deliberationē caderent, quib. vniuer-  
*in Fran-* sa ditio post exactū Albertum implicita erat.  
*conis.* Inter cetera tamē omnis consultationis, quæ  
pponebantur, capita istud de scholis et Eccle-  
sijs reformādis & constituendis primū esse  
volut, à quo felici omine cōsilia reliqua de-  
ducta descenderent. Hoc eiō factū incredibili  
omnium assensu & applausu est acceptū, eiq;  
gratię actę, quod rēpub. clemēter respiceret,  
illiusq; cōmoda atq; incōmoda pari solici-  
tudine et pietate metiretur. Nihil Deo ppitio  
esse acceptius, nihil æquē decere Georgij Pr.  
opt. filiū, nihil magis ex patriæ dignitate atq;  
vtilitate esse. Itā deinde est omniū suffragiis  
in hanc sentētiā, vt redditus annui & possessi-  
ones patris liberalitate Eccl. collatę accessiōe  
maiori augerentur. Et quandoquidē multi  
adolescētes præclaris ingenijs præditi, de qb.  
respub. Christiana sūma sibi polliceretur, in-  
*Stipendi-* opia & domesticæ rei familiaris angustia im-  
*ati Pr.* pedirētur, quò mino ad frugē puenirēt, certū  
illis beneficio oportunē succurrendum, quò  
semper in paratu essent, q; idonee decedētib.  
submitterentur. Magnum itaq; stipendiorum  
numerum ex bonis, Ecclesiasticis contulit.



quibus illi in Academia vberioris ingenij fructus capiendi gratia alerentur, visaq; fuit in primis Vitebergensis comoda, quod reliquarum mater esset, nominato Inspectore, qui ratione eorum diligentem haberet. Insignes praerea aperuit scholas, vnam in manasterio Hailsbrunensi, alteram in vrbe Hofio, quibus postea tertiam Onolsbaci addidit. Mittitur huc ex singulis oppidis certo discerituum numero, q; magna cura ibidem docetur. De victu & amietu, vel si quid aliud ad necessitatem facit, recte et liberaliter prospicitur. Aegrotantibus mature succurritur. Summum hic otium, summam securitatem habent, vt nec sciat iuuentus aliud, quam litetas, quam bene agendum, de reliquis aut parum aut nihil sollicita. Conueniens omnis suis legibus, in certas classes describitur. Sunt enim leges seuerissimae disciplinae, omnisq; honestatis custodes, certa sunt exercitia, proposita, praefectiq; q; id curant, ne quis temere recipiatur, nec otandi reliquis oberrandiue locus relinquatur. Itaq; cunctis pro suo arbitrio viuendi occasio atq; licentia est praecisa. Voluit autem princeps, sacris potissimum literis hos operam dare, in ijsq; assidue exerceri, ne Ecclesiae & scholae idoneis aliquando ministris destituerentur. Praeuidens scilicet futuras persecutiones, & pericula vere piorum, tantum assumentia robur et incrementum, vt deuastatis passim Ecclesiis vix domestici doctores reliqui essent. Nempe futuram iudicans Ecclesiam talem, quales post se seniores reliquissent iuuenes. Hinc occasio, atq; facultas longe pulcherrima offertur

Schola  
illustres  
in Fran-  
conia.

Studium  
Theolo-  
giae.

D r

diligen



*Möaste-  
rium  
Hailsbru-  
nense.*

*Archie-  
piscopa-  
tus.*

*Modera-  
ta durat.*

discipulis, perueniendi ad eruditā sapientiā,  
veram pietatem, aliasq; huic vitæ necessarias  
virtutes, & nescio an in cunctis suis puincijs  
habeat, ex quo laudem maiorē atq; gloriam  
fructumq; vberiore[m] expectare debeat, quā  
quod has scholas aperuerit. In ijs Hailsbru-  
nense collegiū eminet, locus sacer, sepulturæ  
multorum principū ex familia Marchionum  
Brandeburgensium dicatus, licetq; hīc videre  
monumenta, quæ alibi non sunt obuia. Hīc  
sibi Georgius Fridericus monumētum sum-  
ptuosum viuis exstruxit, in quo post fata re-  
conderetur. Tres insuper Archiepiscopatus, q  
Ecclesijs præsiderent, in Fræconia Osnolsbaci,  
in Voitlādia Culmbaci, et in Silesia Legern-  
dorffii cōstituit, suasq; singulis assignauit Die-  
ceses, eodē iure, iisdē legib, utentes: In sacer-  
dotes quoq; iurisdictionē atq; potestatē, intra  
certos tamē limites atq; regulas cōsistentem,  
attribuens. Cumq; piē educatus, recteq; insti-  
tutus esset, naturā generosam, quæ prono ad  
consilia sana atq; moderata animo ferebatur,  
quotidiana lectione sacrarū literarum mul-  
tūm adiuuit. Hinc ab inito Imperio in hono-  
re semper habuit cum literis literatos, cuius-  
cūq; essent generis vel ordinis, eosq; benigne  
atq; liberaliter coluit: neq; erit vlla tam surda  
posteritas, vlla tam ingrata fama, quæ non in  
coelum hæc eius merita ingentibus laudibus  
ferāt. Cōsultorib; inde bonis vsus, Imperio  
placido subditorū voluntates sibi demeruit,  
& quamuis res ita posceret, nouis tamen ve-  
tigalibus & varijs exactionibus grauis esse  
ciuib;



Ciuihus noluit, nou ignarus, animos popula-  
riū a nouis oneribus, vel leuibus, abhorrere: e  
Iudicia & munera publica non quæstuosè ijs,  
a quib. plura peccantur, quàm ab ipsis princi-  
pib. sed quorum perspeclam habebat inte-  
gritatem, probatamq; fidem mandabat. Cle-  
mentiã rēperabat seueritate, itaq; predatorū  
incurfiones, ex reliquijs exercitus Albertiani,  
qui agros et siluas hæctenus violenter inua-  
ferāt, & cladib; obuios affecerant, pretendē-  
tes stipendiorum solutionē vel negatã vel re-  
fiduam, cōquieuerunt, cessauerunt intestinæ  
querelæ, discordiæ, cædes, atq; latrocinia, quæ  
cū rapinis magna incremēta hauserant. Cum  
aduersarijs Alberti amicè transegit, pacemq;  
ex animo spectans, nō litē lite serens nemini  
belli materiam præbuit, sed ius suum legibus  
periecutus est, a violentis consilijs & actioni-  
bus in vniuersum abhorrens, eaq; ratione plus  
p̄fecit, quàm alij bellis. De Blassenburgo di-  
ruto, quãdoq; dem cōtentio intercederet, pli-  
xior, obtinuit, vt in integrū a Norinbergen-  
sib. ampliore aliquanto, quã ante fuisset, ma-  
gnificētia restitueretur. Arces belli calamita-  
te afflētis, ad meliorem statū perduxit. Ve-  
nantium quoq; receptacula passim per siluas,  
non tantum ad vsum necessarium, verū etiã  
ad voluptatē excitauit. Etus liberalitate op-  
pida, quæ belli iæuitia vel absumperat, vel fæ-  
darat, partim cōditionem pristinã recupera-  
runt, partim formam multò præstantiorem  
induere. Deniq; quæ tam ad inferendã quã  
appulsandam vim necessaria atq; oportuna

*Reliquiis  
exercitus  
Alberti.*

*Blassen-  
burgum  
dirutum  
instaurat-  
ur.*

D 5 existit



*Princeps  
regionis  
in Fran-  
conia.*

*Nuptia  
Georgij  
Frideri-  
ci Br.*

*Sacerdo-  
tis Pon-  
tificij im-  
pictas.*

existimarētur, ea diligentia curaque cōparauit, ut & suos in officio cōtineret, & vicinis formidabilis esset. Et quia Imperiū Germanorū hodiē decem regionib. vel potius regnis describatur, ad ipsum in Frāconia principis auctoritas, qui potestatē haberet conuocandi ordines illius regionis, & quod decretū fuerit, publicē per affixa mandata, pponēdi exequendiq. iustis suffragijs omnium nō longē post delata fuit. His ita reb. domi feliciter cōstitutis, non multō post in Marchiā pfectus, salutato Ioch: El, à quo Berolini honorificē excepto Custrinumq. deductus est, Iohannis Brandeb. filiam Elisabethā, matrimonio sibi cum amplissima dote copulauit. Postquā autem aliquandiu apud socerum, solēntate nuptiarum regia magnificentia peracta, cōmoratus fuisset, Franconiā reperens, quocunq. locorū p vrbes et oppida diuertit in Marchia, ingenti omnium læticia & gratulatione exceptus fuit. Ad q. tempus Forchemij sacerdos Pontificius grauitē in pstantes & Lutheranā, ut vocant, hæresin inuectus, victoriā in conuitijs positam arbitrabatur, & cum valdē laboraret, ut sententiam suam de Cœna Domini defenderet, præcipui argumenti pbatōnisq. vice subiunxit, si minus rectē de vna specie doceret, mancipium se Diaboli futurū. Vix ea dixerat, cum ingētem sonitum strepitumq. tota concio audiuit, ventorū vi horrenda fremente, quib. obstrepentib. tumultuantium et querentium voces p̄cipi nō poterāt, dissoniq. clamores nunquam idē ac vnū tenentiam



gentium. nō concionem solum turbauerunt,  
sed & oculorum et aurium vsum abstulerunt,  
et cum fuisset mira cœli temperies, qualis vera  
no tempore aera maximē percurrit, emicare  
tamē fulgura, & nunc internitente, nunc cō-  
dita luce animos terrore compleuerat fragor  
ruentis quasi cœli, vt attoniti nec egredi tem-  
plum, nec consistere audent, quē pauorem  
tumultus aduentātis quasi exercitus augebat:  
Credebant enī Albertianos nō in mētib. sed  
in tergo hærere, dabatq; vigil, qui hostium se-  
agmina canore arbitrabatur, ex specula signū,  
hostes iam iā adesse, dūm in ista cōsternatiōe  
et trepidatione omniū, ex improviso vix ex-  
celsę stature, atriq; coloris templū occupans,  
p populū nihil audentē viaq; declinantem, in  
sacerdotem pfanū impetū fecit, eumq; qualis  
qualis erat, abreptum p aera abduxit, & quā-  
uis incusserat terrorem præceps temeritas  
ista, seraq; duceretur penitudine, quam voce  
etiam testabatur, ab ea tamen violentia neo-  
toties repetita crucis forma, neq; sacerdotalis  
habitus, nec sacrum Pontificium vindicare  
potuit. Adeo malè humanis ingenijs natura  
consultit, quod plerūq; non futura sed trans-  
acta perpendimus. Mox reuersus ille ipse in  
eadem specie terribili impetu vicariū quoq;  
Episcopi minaciter aggressus est, quem tamē  
præsentiore animo agentem, quod non pari  
cōditione puocasset, frustra gladio euagi-  
nato sese defendētē, clemētis tractauit, moni-  
tū prius, vt in posterū caueret. Quib. ille curis  
instancibus anxio, pperuisq; aggitatus, etiā per  
somnia

Sacerdos  
à Diabolo  
abdu-  
citur.



*Factio  
Grumbachiana.*

*Iustus  
Menius  
scribit  
ad Io-  
achim. El.*

somnium, furis & sperieb. imminentiū rerū,  
sive illas ægritudo, sive diuinitio animi præ-  
sagientis, aut Nemesis iusta accesserat, mente  
deiectus rigere artus ceperunt, & paulatim  
totum corpus atredinem contrahens vitalis  
calor reliquit. Cepit hac tempestate factio  
Grumbachiana, ex reliquijs exercitus Alber-  
tiani nata, q̄ vi atq; fraude grassans, in sequen-  
tib. annis Franconiā, Thuringiam, atq; Mis-  
niam, nefaria cæde Melchioris Zobeli Epis-  
copi Vuirzburgensis, & bello ciuili, intesti-  
nisq; discordijs, direptione vrbs Vuirzbur-  
gi atq; Gothæ, captiuitate tandem Iohannis  
Friderici Sax. turbauit atq; sædauit. Graue  
etiam dissidium Iusto Menio intercedebat cū  
Flacio Illyrico, accusatus ille quod sentiret,  
Bona opera esse ad salutē necessaria, apud suos  
auditores & alios eo nomine malè audire ce-  
pit. Itaq; interdictum ipsi fuit docēdi officio  
Gothæ, fideq; data, principib. Saxonie ob-  
strictus, Isepaci tandem cum Victorino col-  
loquiū habuit, pollicitus se, ppositionē illam,  
quamuis cōstaret, à Luthero & reliquis The-  
ologis Virebergæ mandatum esse legatis, in  
Angliam mittendis Anno XXXVII. verbis  
quidem expressis, ne propter eam certarent;  
quamuis Saxonie Inferioris Ecclesie fate-  
rentur, in doctrina legis & sano intellectu  
ferri posse, si non cum Euangelio misceretur  
in causa salutis, tanquā fomentum multorum  
errorum omninō vitaturum. Cum autē ne-  
sic omnib. satisfaceret, Lipsiam cōcedens, ad  
Ioachimū El. scripsit, & de Illyrici arrogā-  
tia



ria conquestus, docuit, eum auctoritate Academia-  
demiarum Vitebergensis & Lipsensis, prastra-  
uisse, concordiam sinceram turbasse, ab aliena-  
ris ab ijs plurimorum animis, qui doctrinam  
eorum vel contemptui haberent, vel damna-  
rent. Hos scilicet esse Illyrici fructus, cui non  
satis esset tanta patrare, nisi etiam apud  
plebem idem ageret, perficeretque, ne tanquam  
ad suspectum locum filios mitterent. Hinc  
Oslandri deliria nata, quibus Sycophanta  
viam diffamatione Academicarum aperuisset.  
Quidquid inde calamitatis accepissent res  
Ecclesiae, huic debere acceptum referri. Ipsum  
dissipasse colloquium Vuormatiense, ad quod  
tot populi, tot regna summis votis respo-  
xissent. Petijt igitur, ut communicato consi-  
lio cum alijs principibus, pro auctoritate  
publicam Ecclesiae salutem sibi commendatam  
haberetur. Praerat tunc summae rerum apud  
Brunsvicenses Henricus Dux, utraq; fortuna  
celebris. Huius filius natu minimus, & caeli  
positu felicissimo editus Iulius, dum vicio  
temporis, & errore aetatis initio pontificios  
ritus tenacius amplecteretur, a patre Colo-  
niam, inde in Gallias, Belgium, & Louaniam  
tandem, locum imprimis nobilem, & homi-  
nibus eruditissimis florentissimisque studiis  
affluentem, excolendi ingenij causa, missus,  
Ordini Ecclesiastico destinatus est. Rectus au-  
tem sapiens, contra voluntatem patris Au-  
gustanae Confessioni subscripsit. Hinc variae  
in eum excogitatae calumniae, imprimis Phi-  
lippo atque Carolo fratribus in pugna Seifers-  
husiana

*Flacius  
Illyricus*

*Studia  
Iulij Brū  
svic.*



*Julius  
Dux  
Brunsvi-  
censis ad  
Joachim-  
um El.  
fugit.*

*Hedui-  
gis Bran-  
deburgi  
ca virgo.*

huffiana oppressis, variè eñ exercuerunt, quas  
patienter per aliquot annos eo animo su-  
stinuit, vt quamuis patri indies inuisus ma-  
gis magisque redderetur, videretq; se præsenti-  
tissimo inuolui periculo, et iacturam principa-  
tus ex hereditate relinquendi facere, nihil  
tamen his moueretur, quin in pposito, quod  
tenere cepisset, obfirmatè persisteret. Ne ta-  
men semet ipsum scienter atq; prudenter pre-  
cipitem daret, fortunasq; omnes euerteret, ad  
Joachimum El. amicum paternum, securita-  
tis causa profectus est, cum prius de rerum  
suarum statu secretius edocuisset. Ab eo ho-  
noricè tractatus, ad partem gubernationis  
pub. suscipiendam innuitatus est, promissa  
Heduigi filia in coniugem, cui præter formã  
multæ inerant, quæ diligerentur, amoris gra-  
tia, vsq; dum per intercessionem patri irato  
reconciliarerur. Et quidem haud difficulter  
animum flexit Henrici Ducis, vt de filio nihil  
amplius suspitionã deposita offensione om-  
ni in animã admitteret, & Julius filius officio-  
sè semper et obsequenter se gereret, quan-  
quã de religionis placitis minus conueniret.  
Nuptiæ verò aliquantò post, felicibus auspi-  
cijs, eoque successu processerunt, ut moriturus hoc  
coniugem testimonio ornauerit: Quod cū  
tot annos vnã vixerint, nunquam ab ea of-  
fensus sit. X<sup>o</sup> Augusti fulgere cepit Cometa  
pernox, qui ad diem XXIII. vsque perdura-  
uit, caudã trahens lōgã, seq; nunc huc, nunc  
illuc obuertentem vago atq; incerto cursu,  
mox ad Septentrionem, nunc ad Meridiem,  
nunc



nunc verò ad Occidentem Solem, tristius  
malorum, quæ cunctam fermè Europam  
peruaserant, prodigium efficax, funestum  
et fatale cõprimis regibus & principib. om-  
nis Ordinis. Intra breue enim tēporis inter-  
uallum decesserunt ex hac vita, Maria Vnga-  
riæ, Leonora Galliæ, Maria Angliæ, Reginæ.  
Henricus II. Galliæ, Christiernus & Christia-  
nus Daniæ, Reges: Otto Henricus Palatinus,  
Paulus III. Pont. Rom. pluresq; Episcopi,  
sed & viri doctissimi, passim de Ecclesia &  
studijs Opt. meriti. Paulò ante, XX. die Sep-  
temb. placidè obdormierat Carolus V. Imp.  
quo nullum vel magis pium, uel sapientio-  
rem, vel potentio-rem, atq; feliciorē, tantis  
simul virtutibus donisq; cumulatū Cæsa-  
rem Augustum, inde à Carolo Magno Im-  
perium habuit. Ab eo principes reliqui ex-  
emplum virtutum rogatarum belli carumq;  
petere decebat. Preces prolixiores quotidie  
recitauit, ut sæpius cum D E O, quàm cum  
hominibus loqui crederetur. Surgens longa  
talari subuculæ iniecta procumbens in ge-  
nua orabat, admissis deinde cubicularijs,  
quos habebat probatissimos, preces cano-  
nicas legebat. Hinc ad publica tractanda  
negocia se uertit, à quibus ad sacrum audi-  
endum concessit. Inde prandium rectà pe-  
tens moderatum atq; frugale in publico fer-  
tè, ut ab omnibus conspiceretur, solus atq;  
tacitus. Remota mensa illis, qui uolebāt, uel  
infimæ sortis, adeundi facta potestas. Ebrie-  
tatem conuiuiorū atq; uestitus luxum, uolup-

*Cometa*

*pernoxo*

*Carolus*

*Imp. mo*

*ritur*

*Virtutes*

*Caroli*

*Imp.*

*tatumq;*



*Carolus  
Imp. mi-  
raculum  
sui secu-  
li.*

statumq; illecebras perpetuo auersabaturo  
Nunquam, nisi regnis inaugurandus, aut  
fœdera pandens iurabat. Omnium doctri-  
narũ studia incredibiliter amauit, & beni-  
gnissimè fouit, historijs verò imprimis dele-  
ctatus est, quas assidue legebat. Vultus sibi  
in aduersis æquè atq; secundis cõstans, inge-  
nium graue atq; circumspectum arguebat.  
Animus excelsus atq; inuictus singularem  
præ se moderationem ferebat. Negotia ad  
aulam delata primùm ceteris deliberanda da-  
bat, postmodum si res ita deposceret toto au-  
lico Senatui proponebat, ipse interim ad sin-  
gulorum sententias attendens, & nocte ple-  
rumq; considerans quid fieri vellet, scripto  
consignatum principi consiliariorũ deman-  
dabat exsequendum. Et quia omnes huius  
ætatis principes virtute, sapiëntia, felicitate,  
auctoritateq;, & alijs Heroë max. di-  
gnis operibus antecelluit, Mi-  
raculum sui seculi est  
habitus.





NICOLAI LEVTINGERI

DE MARCHIA  
BRANDEBURGENSI  
EIVSQUE STATV IOACHIMO

I. ET IOACHIMO II. *Pr. Ell.*

Commentariorum

*Partis Quartæ.*

LIBER SECVNDVS.



VM IOHANNES  
BRANDEBURGICVS  
summa contentione Custrino  
atq; Peisso muniēdo occupatur

Ioachimus El. in hanc cogitationem ingres-  
sus, quomodo ad exemplum formamq; eius,  
quæ Custrini instituebatur, in Media quoq;  
Marchia molem excitaret inuictam, cui tem-  
pore belli preciosa caraq; tutò comitterentur  
& necessitate rebusq; alijs ita ferentib. vicis-  
sim repromerentur, quæ tandem incursiones  
impetusq; hostiles tardaret, & in vniuersum  
impediret. Hanc rem vnicam explicabat ani-  
mo, & in ea euigilabat totus. Istud verò ma-  
ximã obijciebat sollicitudinem, quòd de loco  
non conueniebat. Itaq; vt aliorum explorata  
haberet consilia, ad amplissimũ Curia Senatũ  
negotium omne, in primis verò eos, qui lōgo  
rerum usu instructi, regionis noticiam peri-  
tiamq; haberent, deferendum existimauit, in

*munitio*

*in media*

*Mar-*

*chia.*

LIXo

E

quorum



*Oratio* quorum cōfessu talen exorsus est oratione  
*Joachi.* Nihil sibi in rebo humanis inde ab initio sus-  
*mi El.* cepti Imperij antiquius fuisse, quam vt patrie  
debitus honor salusq; cōstaret. In eam nempe

*Benefi-*  
*cia Pr. in*  
*Marchia*

Diceceses fructum eius, nouo huius seculi ex-  
emplo, in terra Pont. Rom. & aduersariora  
rabie cumulatè percepissent. Auxisse deinde  
multis modis commoda reipub. Marchica  
tum amplificando Imperio accessioe subinde  
noua: ducatu Crosnensi, dominatu Bescoui-  
ensi atq; Storcouiēsi, primatu Magdeburgēsi  
spem esse magnam in Borussia hæreditario  
iure obrinenda: sua opera in primis ditioes in  
Francouia, Voilandia, & Silesia, quæ pro scri-  
ptione Alberti patruelis in arbitrium alienū  
concesserant, bonis auspicijs recuperatas: Suo  
consilio secundum Deum Marchiæ vniuersæ  
pacem, cunctis circum circa bellorum scuitiæ  
expositis, conseruatam: tum verò exornando  
his rebus, quæ ad magnificentiam dignitatemq;  
facere videbantur. In quibus tuendis amplifi-  
candisq; neq; animum sibi, neq; constantiam



In posterum defuturam omnino consideret. *Solicitudi-*  
Ne autem de presentibus magis quam futuris *do Pro-*  
solicitus fuisse existimaretur, & in hac pacis  
amœnitate plus ocio, quam prouida cogitandi  
tura delectari, esse sibi in animo planè consti-  
tutum, certum quendam locum capere, quem  
omnibus ineunte uere modis muniret. Non  
iam disputare, qua ratione conatum istum in  
effectum deduceret, facillima enim ex difficilia-  
limis constantiam redigere: Neque hoc regere,  
quem uellet tanto operi præfectum, iam enim  
de his prouisum, datumque esse quibusdam ne-  
gorium istud. Hoc superesse, quod ancipitem  
potissimum sibi curam asserret, cui imprimis  
loco huius successus gratiam faceret Ceterum  
habere, eos non tam voluntatem suam, quam  
difficultatem huic cogitationi propinquam  
intueri. Hanc expedire suam esse partem,  
consilium bonum asserre, proprium ipsorum  
esse munus, quo defuncti memores sui ordi-  
nis aliena non tentaturos. Presenti se solici-  
tudine, exēplo scrupulo, exonerarent, reliqua  
sibi permitterent. Ea quidem ita cura futura  
ut ad summam prouisionem nihil reliqui fe-  
cisse facile essent visuri. Etsi autem non diffi-  
teretur, se per dies aliquot huic deliberationi  
deditum, reperire tamen apud se nondum  
potuisse, utrum ex reipub. salute dignitateue  
magis foret, ciuitatem quandam oportuno-  
co sitam, an verò arcem in hunc usum vocare.  
Vtrius quidem generis obuij oportunita-  
tem hinc inde dari, sed quò plura se offerrent  
obiecta ad propositum speciosè pertinentia, eò

*Quar-*  
*tur sine*  
*conduci-*  
*bilibi ci-*  
*uitatem,*  
*an verò*  
*arcem*  
*munire.*



*Ratio-  
nes cur  
potius ci-  
uitas sit  
munien-  
da.*

maiorē simul obrepere iudicandi cōstituen-  
diq; certum quid difficultatem, quæ vel ani-  
mum sapientioris uariē afficeret, & nunc huc,  
nunc illuc diuersimodē inclinantem, in  
dubium pertraheret. Vt autem in eam potius  
discederet sententiam, qua ciuitatis conditio-  
nem arcis commoditati præferendam duce-  
ret, moueri his fermē rationibus. Cum enim  
in excitanda munitione primum esset om-  
nium iudicio, vt situs naturæq; loci haberetur  
respectus, non posse negari, multarum ciui-  
tatum in suis prouincijs eum esse statum, ut  
hoc nomine nihil desideraretur. Quippe si  
nullam traheret aliam secum commoditatē,  
hanc tamen habere indubitatam, cum singu-  
lari vtilitate coniunctam, quod vsum melio-  
rem aquationis, & inuehendi comeatus, tor-  
mentorūq; atq; aggerū copiam suppeteret.  
Neq; morari eos, q; de editis mōtib. subtiliter  
magis disputarent, quā quid ex re foret, fru-  
ctuosē considerarent. Accedere & hoc, quod  
continenter ferē flumina nauium patientia sil-  
uarūq; capacissimarū dēsitare septa, alluerēt,  
quod ipsum, quantū boni apportaret ad mu-  
nitionē æquē p̄ficiendam atq; tuendā, testem  
esse locupletem experientiam. Ita etiā natura  
esse comparatū in ditionibus suis, vt stagna,  
lacus, paludesq; inaccessi ciuitates ferē conse-  
querentur. Plurimum & istud momēti ad in-  
stitutum afferre. Hæc tanta cōmoda, maiorū  
merita cuius obuia egregiē iuuare, dūm na-  
turam locorum arte operibusq; plurimum  
excoluissent. Quam enim sibi darent ciuita-  
tem,



rem, ubi non cespitibus, aggeribusque et sarmetis  
 materiã adstruxissent vallo, immenso consti-  
 tuto, eo quoque innexo interdum ordine, ut al-  
 ter alteri succederet, non explendo vicem, sed  
 cumulando stationes: vallo murum vestiuisse  
 propugnaculis turribusque editis inædificatis:  
 præterea fossas, quæ intercederent, quarum  
 perinde emineret altitudo atque pateret laci-  
 tudo, operosè præparasse, in quibus ex fluminibus  
 vicinis magna aquarum vis deducta, vel sine  
 maiore accessione, si præsidium acciperet fir-  
 mum, ad hostiles excipiendos arcendosque in-  
 sultus, sufficeret. Si dispiceret quid hinc inde  
 fieret, occurrere exempla principum & ciui-  
 ratum Imperialium, quæ hac cura occupatæ,  
 præterquam, quod sibi suisque rebus securitatẽ  
 ab externa vi atque iniuria peperissent, laudem  
 quoque prudentiæ atque industriæ in propugna-  
 culis faciendis alerent. Mittere se in præsentia-  
 rum, quæ quamuis ad forum hunc non parum  
 conferrent, attamen, quia omnibus communia  
 essent, minus afficerent mentem. Circumspi-  
 ciendum ad ea, quæ successum concomitarentur,  
 hic neminem inficias ire, civitatem situ atque  
 opere iam per se antè munitam, per accessio-  
 nes firmissimã reddi, sed longè faciliore im-  
 pensa & minore negotio, quam si propugna-  
 culum de nouo atque integro exædificaretur.  
 Expeditius enim quaesitis aliquid addi, quam  
 nouiter comparari. Quod si hæc & illa com-  
 muranda obuenirent, dum vetera subruerent  
 nouis ea atque recentibus vsu expediti-  
 orem materiãque paratiore subministratura.

*Civitatũ  
 marchia  
 situ atq;  
 cõditio.*

*Civita-  
 te Impe-  
 riales  
 munita.*

*Omnib.  
 cõmunia  
 minus  
 afficiunt.*



*Civium* Frequentiam civium, cum intelli gerent, in  
*studium* suam hæc parari salutem, promptiorem fu-  
 turam alternis vicibus partem laborum for-  
 tius subire, atq; diutius sustinere, ærariumq;  
 publicum hac ratione minus exhaustum iri.  
 Serenitate pacis affulgente, diligentiam præ-  
 sentiore in cõtinuandis stationibus, prouid-  
 endoq;, ne quid ciuitas detrimenti caperet.  
 frequentius præstituros, quod ei non solum  
 semet ipsos, sed cuncta caritatis nomine cõ-  
 mendata credidissent, quorum iacturam fa-  
 cere, longè illis tristius accideret. quàm ab  
 hoste confici: Fæda belli sæuientis plaga in-  
 surgente, paratiores fore in tuenda ea cum  
*miles ex* fide, pugnantes non pro alienis, sed pro aris  
*vernus.* focisq;, liberis atq; coniugibus, quorum om-  
 nium miles externus, vt qui ferme vultu im-  
 perioq; contineretur, non haberet ratio-  
 nem, in primis cum amore suorum adducti  
*Virifor-* sibi ob animum proponerent, quæ patienda  
*sis natu-* essent suis, quibus iniurijs obnoxij futuri,  
*er.* si in alienum arbitrium venissent, victorq;  
 non in fortunas solùm, sed etiam corpora  
 sæuiret. Esse uiris fortibus hoc innatum, vt  
 nequaquam de se tantoperè atq; de suis essent  
 solliciti, corpusq; suum, adeoq; vitã ipsam in  
 exiguo momento discrimineq; poneret, dũ-  
 modo succurreretur consulereturq; rectè sa-  
 luti suorum. Hos sibi stipendium ex proprijs  
 facultatibus solutoros, alijs quoq; commilito-  
 nib. libentius collaturos, vt sacra, integraq;  
 sua, & recta conseruarent. Vt autem facultas  
 noua cõsilia pandendi tractandiq; ipsis præ-  
 siperetur



si pereretur, ac cessendam externam manum, ad  
miscendum peregrinum militem, cuius metu  
in officio contineretur, & quem ipsi vicis-  
sim ab illicitis auocarent, ne ad aliena recur-  
reret. Compertum esse vlti. ciuitates esse prom-  
ptuaria perpetua, vnde iuuentus delecta pete-  
retur, qui alijs decedentib. succederent: Esse  
officinas inexhaustas neruorum belli inferen-  
di vel propulsandi, sapientiæ armorum, pecu-  
niarum, & rerum ad vitam necessariorum.  
Ciues rerum vsu edoctos esse, quæ alijs inex-  
pertis fortibus licet, non tam facile in dubijs  
casibus occurrerent, nec habere vulgarem  
rei militaris vsum, valere in primis sclope-  
tariæ artis peritia. Esse tandem illos qui-  
bus securius sua se, ipsos crederent, ciuita-  
tisq; defensionem committerent. Patere  
enim suis quemq; placidius, etiam cum is  
præset, qui magis timeri, quam diligi mere-  
retur. His vitæ finem futurum, qui fortu-  
narum fuisset. De comeatu quemq; per se  
sibi aliunde ex facultatibus suis prospectu-  
rum, quod vt expeditius facerent, delectum  
eorum, quibus ciuibus accenseri animus  
esset, certo ordine habendam. Hæc & alia  
eius generis pertinere eò, vt haud grauatim  
assentiretur ijs, qui statuerent, ciuitatis mu-  
niendæ rationem esse probatiorem atq; po-  
tiores, quam arcis extruendæ opinionem,  
nisi in contrariam sententiam multa veni-  
rent in mentem, quæ ne in effectum vsuue-  
derentur, Deum Opt. Max. prohibiturum.

*Ciuitates*

*sunt proa*

*ptuaria.*

*Officina*

*neruorum*

*belli.*

**E** 4 **Nam**



*Ratiões* Nam vt præteriret difficultates oborituras in  
*cur ciui-* cõplectenda tantę intercapedinis circũferen-  
*zatiõ mu-* ria, magnã istud sollicitudinem iniicere, vnde  
*nire dif-* tanti apparatus, tanta copia bellicorũ instru-  
*ficile ser.* mentorum p̄ omnem circuitum muri valliõq;  
diiponendorũ, vnde ita pulueris tormentarij  
nitriõq; materia inexhausta: tantus globorum  
numerus, quæq; ex vsu essent quotidiano, ad  
victũ & sustentationẽ cõparata: innumerosa  
ciuium multitudine præsidio grandi ascito  
descriptoq; p̄ domos, vt cunctis in locis sta-  
tionib; sufficerent. Non enim respiciendum  
esse eõ, quã spetiosum quid dictu, sed quã  
facile vtilẽq; factu esset. Quid uerõ attineret  
omnem fiduciam collocare in munitione de-  
stituta subsidijs necessarijs. Nõ patrię sed ho-  
stib; p̄spectum, qui ex capta vrbe negotium  
postea Marchię vniuersę exhiberent, afflige-  
rentq; afflictos. Iã se videre illos partitis co-  
pijs ex omni parte irruentes, machinis bel-  
licis murum concutere, aggeremperrumpere,  
quem labor infinitus expresserat: Occupare  
iam hinc inde loca propugnatoribus vacua,  
tormentis: iam subruere mœnia, Er-  
gonẽ tantulo impendio amitteretur, quod  
tantis impensis exstructum, prouisum, de-  
fensumq; vsq; huc nunc cederet hostibus, eõ  
quod necessarijs destitueretur? Quotiẽs  
hoc vsu uenisset? Nam si alias optime cogita-  
ta pessime caderent, quid hĩc non vereretur,  
in primis cum res sese vt plurimum ita darẽt,  
temporaq; terrent, vt ne quidem tũm securi-  
tatem p̄mittere nobis possemus, cum summs  
proe



provisioni summa adderetur diligētia? Quid  
si obsessi ad eum deuenirent casum, vt copias  
attritas attenuatasq; oportunē expiendi fa-  
cultas nulla suppeteret? An æquo animo  
ferremus carissima quæq; vnâ cum tot anno-  
rū opere in alienas redigi manū, alienū subire  
arbitrium, exspectare atrociora, quàm victor  
pro libitu statueret? Quis verò tantæ cladis  
acceptæ auctor fuisset? quis tantæ ignominie  
patriæ iniustæ inuidiam sustineret, nonne qui  
maius animo complexus, quàm re ipsa præ-  
standi copia foret, in extremū discrimen insi-  
pidis & incōsultis consilijs tempub. ptraxis-  
set? At tūm nostro periculo rectius sapere  
serius fortassis esset, quàm expediret. Arbi-  
trari hīc imperitiores, superuacaneū esse me-  
rum, non enim cōmittendum, vt huc vsq; res  
deuoluerentur. Permittere se istis viuere suo  
genio, sapereq; suo more & periculo. Sed ac-  
cersere publicā cladē insana confidentia atq;  
temeritate, non sapientis esse, sed hominis  
p̄fani atq; scelerati. Quid verò posset esse di-  
uturnum, nisi iusta subesset ratio, ne postea  
stultis, suo malo sapientib. cum gemitu occi-  
nendum esset, Non putaram. Licet ad tem-  
pus aspirare videretur temeritas, ad vltimum  
tamen non sufficere, sed vbi primū impetū  
effudisset, velut quædam animalia amisso acu-  
leo, torpere. Quis verò nesciret, facilius esse  
locum munire, quàm tueri, cum planū esset,  
manū etiam nostras expeditius capere, quàm  
continere. Crescere diu arbores magnas, vna  
hora extirpari. Et quamuis hoc cōcederet

*Imperia  
tis occi-  
nendum  
Non pu-  
taram.*

*Temer-  
ritas  
præcept*

E s ipsi



*Animi  
hominum  
facilem  
venitur,*

*Vulgi  
mores  
atq; in-  
genia.*

ipsis, daretur hoc civitati, esse munitissimam,  
esse ab omni parte instructissimam, nihil de-  
esse, parata expeditaq; subsidia omnia, quae  
bellum postularer, stare etiam rationem cum  
illa, negari tamen non posse, versatiles esse ho-  
minum animos, mobili imperu multitudinem  
in primis militare efferi. Quid igitur ab his  
non merueretur? cum nullum mare tam vastum,  
tam procellosum tantos ciceret fluctus, quan-  
tos multitudo motus haberet. Nec velle, nec  
nolle quidquam diu apud illos posse, paeni-  
tereque modo consilii, modo facti. In initio fer-  
nidum praese ferre cives, assuetos honesto ocio  
tranquillaeq; vitae, ad propugnandi studium  
delectari tubarum classicarum cantu, capere  
arma cum voluptate, et nescio, quam sibi spem  
facere, nihil minus quam de eventu cogi-  
tantes. Vbi vero stationes continuo tenendas,  
vigilias assidue sustinendas, imperium strictum  
observandum, obsidionem in longius tempus  
tolerandam, praelia frequenter facienda, summa  
denique periculum vitae subeundum perferen-  
dumque conuerentur, remissius agere: Vbi vero  
decretere domi in usum parata, cumulari labo-  
res, inopia augeri, & eorum loci res redactas vi-  
derent, ut agrum ab impetu hostium se sustentare  
atque tueri possent, tum demum bellorum praesi-  
si animis demitti, neque propositum tenere,  
nec alacriter resistendo, impense ut antea, pu-  
gnae constantia et assiduitate niti, labascere  
ad extremam virtutem omnem atque incidere, his  
praesenti rerum difficultate futuraque angustia  
metu subactis. Quis hanc, quolibet fortis, quae-



uis animosus, non iusto timore corripere-  
tur, ne periculū existeret, vnde præsi-  
diū petieramus? ne seruatus ab hoste, quem non expa-  
uesceret, imprudens incideret in ea, quā timere  
non debebat? Iamque videri principem esse  
pro seditione. Apparere quidē aliās vim esse  
magnam rationis, eamque efficacem in tra-  
ctandis demulcendisq; militum animis, vsu  
tamen venire sæpius, ut destinata salubriter  
cum ratione potentior fortuna discuteret, ad  
eum omninò modum, sicut fortior fortem  
disiiceret. Esse mutabiles rerum vices & ho-  
minum, iactari inuicem varietate fortunæ, quæ  
nunquam simpliciter indulgeret. Posse præ-  
ter expectationē accidere, dum vniuersas vi-  
res discrimini belli offerre dubitarem, vel cū  
non æquē omnia ex voto succederēt, coactos  
vel iniquitate fortunæ, vel necessitate ad insti-  
tutā munitionem receptū habere, cui non vel  
humillimo licentiam in nos facturi essemus?  
Iam ab oculos versari obsidionis sæditatem,  
obstreperantium clamores, cōparatæ in caput  
principis insidiæ & pditiones, cum aliās nihil  
tam validum perstaret, cui non esset peri-  
culum etiam ab inualido. Ageret hīc edictis  
ageret lictorib; atq; legibus, plecteret fontes:  
Spretū profectò imperium fore, vbi perditis  
vel turbatis reb; acrius metus atq; scelus quam  
Dux imperitare cepisset: efficaciorē esse  
citra controuersiam vbiq; necessitatem Im-  
perio, aut vlla alia re. Iam verò se cernere  
in apertam vim cum ludibrio erumpere  
furiolos, qui summam iuris adæquarent.

*Vis ratio-  
nis a for-  
tuna se-  
pe discu-  
titur.*

*Obsessa-  
rum pro-  
teritis.*

&



et nõ p inde in magno ponerent discrimine,  
 saluane esset respub. saluus foret princeps,  
 modò ipsi corpõ vitamq; vtcunq; pacisceren-  
 tur, modò ipsi vel proditione diuites euade-  
 rent. Præterire alia multa, nec existimare in  
 rempub. euertendam & in principes suos  
 versatiles animos armandos esse, sed vbi cari-  
 tas & reuerentia locum non haberent, metu  
 atq; Imperio in officio cõtinēdos. Itaq; iustis  
 rationib. adduci, arcem potius esse quæren-  
 dam captandamq; in loco commodo, quæ de-  
 siderio seruiret, & expectationi patriæ satis-  
 faceret. Manifestam esse consilij sui rationem.  
 Si enim loco oportuno loco positus definire-  
 tur, q; certis limitib. neq; nimis latis neq; ni-  
 mis contractis describeretur, illum ex animi  
 sentētia exstrui posse. In ciuitate duplici sum-  
 ptu geminatoq; labore opõ fore demoliendis  
 obsoletis reficiendisq; nouis. Vilitate impēsa,  
 minore præsidio neq; tam frequentib. instru-  
 mentis materijsq; bellicis angustiorē arcem  
 contineri. Comeatus ipsos faciliores, defensi-  
 onemq; tutiorem futuram ex eo loco, vnde  
 simul in omnes partes prospiceretur. Hostes  
 quamlibet in numeras adducerent copias, ni-  
 hilominus tamen maiori impetu violentiaq;  
 oppugnando arcem tentaturos, quod uniuersos  
 non caperet aditus. In densiores ordines  
 oppugnantiam eiaculationes tormentorum  
 efficaciores fore, quæ & ipsæ densius p ordi-  
 nem collocatę hostes maiore clade afficerent.  
 Minus metuen dum esse à seditione atq; pro-  
 ditione, nocentissimis istis hostibus valentissi-  
 misq;

*Rationes  
 cur præ-  
 stabilius  
 sit arcem  
 munire.*

*Seditio  
 atq; pro-  
 ditione no-*



iniquis inexpugnabilium munitionum victori-  
ribus. Longiorem obsidionem non solum  
propter comearum, qui paucioribus ad mul-  
tum temporis sufficeret, sed etiam ratione  
praesidii diutius sustineri posse. Milites uete-  
ranos, bello assuetos, bellumque & gloriam se-  
ctantes, faciliorem obsidionis facile contemp-  
turos: Sed ciues res tantum suas curantes, su-  
umque agentes, ad liberos uxoremque respicien-  
tes, non pari animo in aciem, atque in forum  
solerent otiosi, prodituros, neque periculo se  
praesentissimo daturus. Neque ex usu reipub.  
uideri in unum locum uires omnes nervosque  
contrahere, & reliqua uacua relinquere inui-  
tijs hostium obnoxia futura. Quin potius  
enitendum, ut in diuersis ditionis partibus di-  
uersa excitarentur propugnacula, quae parata  
semper quemuis hostilem impetum excipe-  
rent atque prohiberent. Sic futuram tutiorem  
patriam, si uetus Marchia ab occasu, Media a  
Meridie, Noua ab ortu, Vcaria tandem a Sep-  
tentrione praesidium haberent, quibus tuto  
niterentur. Moueri se exemplo uicinorum  
principum, Iohannis Alberti Ducis Megel-  
burgii, qui ad eum modum Suerinum, Domi-  
tium, & Plauium muniuisset, prouinciamque  
suam ab incursione hostili tutam non magno  
negotio praestitisset: Pari ratione Henricum  
& Ericum Duces Brunswicenses arcem Lya-  
onicam, Calenbergam, Ericipyrgum, & Scho-  
ningam excitasse. Melius enim ab unius Im-  
perio arcem, quam ex plurium arbitrio, quod  
in ciuitate fieri necesse esset, defendi. Testari  
expe-

*Quomo-  
do Mar-  
chia tuto  
prestare  
tur.*

*Propu-  
gnacula  
Megel-  
burgio-  
rum.*

*Propu-  
gnacula  
Brunswi-  
censium.*



*Pruden-* experientiam, minus rectè fieri, quod à plura  
*tia decre-* ribus administraretur. Sed esse arcem tutio-  
*sa in ex-* rem prudentiam, cuius decreta essent inexpu-  
*pugna-* gnabilia, turrim autè esse fortissimã nomen  
*bilis.* Domini. Hanc suã esse mentem, si quis confi-  
*Zossa.* lium utilius afferret, rem sibi gratam facturũ  
De loco cõprimis diligendo ipsos, qui periti  
regionis locorum noticiam haberent, audire  
differentes percupere. Magno cum assensu  
hac El. dixerat. Sed de loco uariabant senten-  
tia. Erant qui censebant Zassam intra palu-  
des lacusq; fermè inaccessos, unde lōgè lateq;  
prospectus pateret in finibus Marchiæ desi-  
gnandam. Non enim uideri ex re atq; utili-  
tate patriæ esse, in media regione securitatem  
captare, & reliqua circum circa hostium iniu-  
rijs prostituere. Hos impugnabãt aliq; et ostendebant  
consultius esse repub. si ad perennia  
flumina deliberationes respicerent. Paludes  
exficari operibus & naturali æstu, flumina  
ingentes secum trahere oportunitates, neq; uide-  
re, quomodo Zossa Spandoæ esset præferenda.  
Interiectam hanc inter confluentes Sueui  
atq; Haveli aquas, lacunas, ppinquias natura-  
lem & eò securiorem defensionẽ apportare. Si-  
tum ipsum chersonesi formam rationemq;  
præ se ferre, ad quam ex vna saltè parte aditus  
pateret. Havelum vergere à Septentrione  
secundum occasum mira curuitate in meridi-  
em, unde ab ortu descendente Sueuum exci-  
peret, cui suppetias ferret Rhenus plurimum  
ad institutum faciens. Flumina ipsa arundi-





his paludibusq; circumsepta accessum difficili-  
sem praeberet. Ingentes commoditates impo-  
randorum comeatumum cum loco coniunctas  
quod ab Oriu tractum Barnimensem, a me-  
ridie Deltonianum, ab occasu Heuellandiam  
metiretur: Havelus enim istic insulam ma-  
gno vndarum diuortio, decem milliarium  
in longitudinem, & sex in latitudinem efficere  
quod illo spatium cum emensus esset, humo-  
re per venas aquarum in fertili solo desident  
inter Rarenouiam & Havelburgum tandem  
coiret. Agros hos esse sane fertilissimos, cum  
quibus vix alius in Marchia compararetur.  
A Septentrione vero imminere longe maxi-  
mam siluam, quae oportuna foret insidijs ho-  
sti struendis. Eam praeter alia multa subsidia  
materiam ad arma, instrumenta bellica, ad aedi-  
ficationes vitamq; ipsam hominibus, equis,  
gregibus, & armentis subministraturam. Hanc  
omnis generis animaliu, flumina infinitorum  
piscium, agros tandem fertiles frumentoru copi-  
am ad victu in multos annos facturum. Vicinam  
esse curiam principis cum vrbe Berlino, unde  
secundo flumine preciosa quaeq; et cara ex aula  
apperere belli rumore transmitterentur. Vicinam  
esse ciuitatem Spandouensem, vtriusq; tuendae  
vrbis facultatem habere. Videri etiam com-  
primis hoc esse necessarium, quod circa illum  
tractum Marchiae limites in latitudinem ma-  
ximè essent contracti. & facile ab hostili  
incurfione interrumpentur. Multis in hunc  
modum vltro citroq; dictis discessum est in  
hunc

*Silva ara  
cis Spand  
doe.*



*Arx Spā doensis munien- da.* hanc sententiam, factumq; decretum, ex utilitate reipub. Marchicæ videri, arcem Spandouianam quamprimum data opera munita. Ad X. diem Februarij, migrat ex hac ærumnarum valle Otto Henricus Palatinus El. ad Rhenum, cuius in ditionem illam omnem &

*Obitus Henrici Ottonis Pal.* Academiam Heidelbergensem merita singularia extant. Primus ille doctrinam Augustanæ Confessionis subditis suis permisit, suoq; exemplo inuitavit, vt libentius acceptatam caram & in precio haberent. Ei in principatu successit Fridericus Palatinus, & cum mutato principe religionis quoq; mutatio, Caluiniano dogmati conformis, magnam istius pro-

*Palatina & recipit Caluini- anismū. Amber- ge con- stantia.* uinciaz partem peruasit, auctore in primis Philippo Melanthe, cuius consilium requisitū infinitis turbis istas terras implicuit. Constantiam tamen egregiam præstitit Ambergæ & superior Palatinatus frementibus utcunq; aduersarijs. Diebus Bachanaliorum Franciscus Otto, Dux Luneburgensis, Berli- num splendido cum comitatu venit. Affue- runt & alij principes, in quorum conuentu Elisabetham Magdalenam filiam Lunebur- gensi elocat in matrimonium, nuptijs digna magnificentia peractis. Sed non fuit diutur- num hoc gaudium cum enim post solennita-

*Nuptia Elisabe- tha Br.* tem nuptiarum sponsam deduxisset Cellam, quod est oppidum munitum & primarium ditionis illius, acuto deploratoq; morbo de- cubuit, extremumq; claudēs diem, maximum sui desiderium reliquit. Elisabetha Magdalena cum beneficio coniugis in pactis dotalibus

Locha



Lochauensem præfecturam teneret, masuie  
tamen ad patrē reuerti Berlinum qui ad Lu-  
neburgensia illa alia, quædam addidit, vt pro  
dignitate viueret. Etsi autem in florida ætate  
constituta esset expetita ab illustribus procis,  
consentire tamen in alia vota noluit, sed pie- *Elisab.*  
tatis exercitijs plus quàm dedita, addictaq; sa- *Magda-*  
cris templi cathedralis Colonia ad Sueuum, *lena vi-*  
rarissimo exemplo viduitatē perpetuam con- *duitatē*  
iugio prætulit. Circa id tempus inelatuit va- *perpetua*  
tes nouus, Petrus Custrinensis, cognomento *am colit.*  
Sapiens dictus, qui monitu Diaboli, vt fertur,  
multas incantatrices generis honesti in capi- *Petrosa*  
tis discrimen inditijs suis pertraxit. Quamuis *piens C*  
autem, magnam veneficarum in his regioni- *strinen-*  
bus esse multitudinem, vulgò crederetur, at- *sis vases*  
tamen vates nostri seculi de ijs consulere no-  
tum erat, & sicut conscijs terrorem ingentem  
afferebat, ita plurimi alij moti exemplo, ad  
hanc superstitionem et humanarū gentium  
ludibrium certatim deuoluti, huic in aduersis  
casibus credulitatem suam addicebant, etiam  
ex longinquis & dissitis locis explorare rerū  
causas, tactorumq; euentū atq; certitudinem  
in dubijs soliti. Aliquandiu ipsi fides habita,  
donec fallacissimus Sathan iisdē illū laqueis,  
quibus imponendo compluribus perniciosē  
extremum exitium attulerat, irretitum sefel-  
lit, delusitq; vt eandem, quàm delati, verene *Vates no-*  
an falsò per omnia non satis constat, nomi- *uus pub.*  
natiq; ab eo pænam adiret, & propter magiā *cremas*  
diffamationesq; falsas, & artes illicitas publi- *tur.*  
cè, non sine voluptate astantium, cremaretur.

F

Accidit



*Scelerata  
sacer-  
dotis li-  
bido.*

Accidit & hoc in agro Corbuliano: Ecclesie  
Pastor, uxorem habens honestam atque iuuen-  
culam, a vicino sui ordinis, qui cereuisiam largi-  
tus infuderat, ad conuiuium inuitatus erat. A ma-  
nerat ille iam ante puellam rusticam, liberalē  
quidem moribus, sed fortuna seruam. Cum  
itaque incaluisse, domum rediturus, Cupidi-  
tatumque stimulis agitatus, cæcum libidinis in-  
sanæ affectum trahentem secum mala infinita  
secutus, a recta via declinavit eò, quò cogno-  
uerat puellam in loco consueto armenta pascere,  
quam ubi offendit, honestas primum aures  
verborum molliculis lenocinijs tentare, sed cum  
non sustineret oris improbi fæditatem atque  
conspicuum, amore amens, posteaquam om-  
nia pudore septa animaduertit, ad superbam  
vim animum adicere cepit, et quia tenuis esset  
cõditionis, locum iniuriæ ratus, multis datis  
blandimentis, ut tacitum ferret, quod celari  
vellet atque posset, miscere precibus minas, ver-  
sare in partes omnes imbecillum animum,  
ubi obstinatum vidit, addidit ad cupidinem  
turpissimum dedecus, manumque iniiciens li-  
bidinis inuictam pudicitiam victa cupidine vi-  
subegit, sibique pestiferum abstulit gaudium, &  
oneratamque aureis promissis a se dimisit. Quæ  
vultum pro tempore atque loco simulans, his  
quidem acquieuit, ut quæ scelus istud celatura  
videretur. Verum ædes patris ingressa, cum fle-  
tu pudorē doloremque suum restaretur, nec ta-  
men causam eius verecundia præpedita aperi-  
ret, pater importunius instans et vrgēs, cum de  
supro audisset, illato ab eo, quo infestiorē pro-  
conciōne



concionē reprehensorem scelus illud non  
aliū habuisset, scilicet, ut eò minus in turpissi-  
mi sceleris incurreret suspicionē, motus rei in-  
dignitate et dedecore infami, sibi suisq; cōtra-  
fio, non cū pastore ex postulandum existimās  
sed filiā secū clā omnib. ad præfectū loci ad-  
adducens exponit, quæ liberis suis sint patien-  
da, nisi exemplum, reliquis documentū futu-  
rū, seuerè statuat, Deum pfecto nō neglectu-  
rū humana libidinēq; etsi seras, non leues ta-  
men pœnas venturas, si ipse ratione officij læ-  
tior fuisset. Præmissis igitur, qui domū custo-  
dirēt, ne exitus pareret, præfectus cū armatis  
descendens hominē custodiæ tradidit. Qua  
ille ignominia ultimib; supplicij metu cōmo-  
tus, exagitante eum simul magis magisque pa-  
trati sceleris cōsciētia, acerbo atq; infatigabili  
sceleratorum carnificē, perito à fratre, q; fortè  
aderat ipsi in calamitate cōdolens, cultello, ut  
qui ad præsidem literas daturus esset, mortē  
sibi tragicam mordicus abscissa gula infert.  
Solent enim vehementius angī, qui perpetuo  
rebus secundis vsq; aduerso aliquo fato ex im-  
prouiso affliguntur. Dirum vero spectaculū  
Diabolicæ prauitatis atq; potentia, qui mor-  
tales gratia diuina destitutos, illos maximè vi-  
cijs obnoxios reddit, qui natura odisse videri  
velint, ut quæ cauere alios iubeant, in ea ipsi  
potissimum, primi omnium irretiti, cū præ-  
sentissima pernitie incurrant. Hoc anno cū  
reipub. salus principum atq; ordinū Imperij  
conuentum efflagitaret, Ferdinandus comitia  
Augustæ Vindelicorum indixit, ad ea legatos

*Sacerdos  
tum pro  
favorum  
consuetu-  
do*

*Sacerdos  
sibi mor-  
tē infert*

*Præ-  
tas Dia-  
bolica*



**Comitia** Ioachimus El. cum plenis mandatis misit &  
**Augusta** cuius princeps erat Georgius Stolbergius.  
**na.** Ad comitia etiam regni Polonici à Vuarfa-  
 uensia Georgium Sabinum ire iussit: Sed illa  
 propter incommodam Sigismundi Augusti  
**Comitia** Regis valetudinem in aliud tempus reiecta,  
**Vuarso-** insequente primum anno incoata sunt. Sub  
**wensia.** cuius initium die Innocentium puerorum  
**Chasma,** Chasma & incendium cœli omnium animos  
 atq; oculos in admirationem & religionem  
 conuertit. Mense Februatio Heduigen filiã  
**Nuptia** Iulio Brunsvicensi Berlini magnificèrissimo  
**Hodu-** apparatu elocat. Intererat nuptijs Henricus  
**gis.** pater, qui filio tantopere succensuerat, vt non  
 solum de eo exhæreditando, sed etiam carce-  
 ribus perpetuis addicendo cogitaret. Die  
**Philippo** XIII. huius mensis decedit ex hac vita Phi-  
**Pom.** lippus Pomeraniæ Dux, Georgij filius: XIX  
**Dux** Aprilis Philippus quoq; Melanthon ad aca-  
**obit.** demiam cœlestem ex Vitebergenfi immaturo  
 nimis fato per mortem auocatur, neq; enim  
 aliter merebantur, opinor, scelera nostra. In  
 eius cerebro scientiæ atq; doctrinæ recondi-  
 tæ, in eius pectoris scrinio virtutes omnes  
**Philippo** habitare credebantur, qui post Martinũ Lu-  
**Melan-** therum res Ecclesię plurimum iunerat et pro-  
**tho obit.** mouerat, & quasi terrestre oraculum fuerat,  
 quod principes, quod Ecclesiæ, quod docti  
 pariter atq; indocti in rebus dubijs. per vni-  
 uersam Europam consulerent. In primis au-  
 tem El. & principes Brandenburgici, insq; sub-  
 iectæ scholæ, Ecclesiæ, atq; respub. in Mar-  
 chia, Borussia, Silesia, Voitiandia, Franconia,  
 &



& præfulatu Magdeburgensi ab huius viri incomparabilis consilijs pendebant. Magni illius Lutheri Parastates. Quos in vita Deus, natura, pietas, beneq; de Ecclesia vniuersa merendi studium coniunxerat, neq; post obitum tumultus disiunxit. Huic quidquid est sanctæ religionis, quod excultæ doctrinæ posteritas debet. Huius amiciciam Reges & principes ambiabant, huic Rectores & Academiae fascēs submittebant, Bonus, liberalis, beneficus, in omnes. Quem si quis præceptorem non agnoscit, seq; eius opera plurimum adiutum negat, is indignus est, qui docti, quiue Christiani nomine censeatur. Næuis tamen humanis ille non caruit, timidior & lentior in multis creditus, plus quàm respub. expediebat. Appetente vere Ioachimus El. in cont. nio Archiepiscopatus Magdeburgensis & Ducatus Brunsvicensis arcem Netzlinsensem instaurare aggressus est ad siluam amplissimã quam vocant Gardelegianam, in qua non leuia opulentia Brædeburgicæ exstant inditia. Hic non indefignatis descriptisq; saltib. nobilium ferarum greges clauduntur, sed per spatiosissimas siluas, in ybere atq; fertili solo pascuarumq; luxurie, crebris perenniã aquarum fontibus riuuliscq; amœnas, densitateq; arborum procerarum confertas non aliter atq; armenta solent mansuetiora in pratis stabulisq;, tanta securitate vagantur, vt ne vox quidem humana, ne quidem canum larratus multò minus insidiantium vis atq; iniuria prædatoris quidquam in eos ausit. Habent

*Phil. Melanthon auctoria 146.*

*Arx Netzlinsensis in veteri Marchia*

*Silua Gardelegiana,*

F 9

illi



illi suos custodes præfectosq; qui cum eos  
 quum violantes obseruant studiosissime, qui-  
 bus & ipsis feras agitare sine mandato prin-  
 cipis capitale est. Solebant eò subinde ani-  
 mi gratia concedere antiquitus Electores,  
 vel soli vel cum hospitibus, quod & locus sit  
 amænior, & aëris temperie salubritateq; in-  
 signis, multasq; alias habeat oblectationes,  
 quæ vel agrum capiant. De hoc longam  
 Brandenburgensibus litem mouerunt Duces  
 Brunswicenses & Archiepiscopi Magdebur-  
 genses, quod vel eius partem aliquam ad se  
 pertinere arbitrantur, vel quod circa eam  
 magna diligentia provideatur, ne ferè ad illo-  
 rum agros excurrant, iacturamq; sui faciant.  
 Perstat autem illa in potestate Brandeburgi-  
 corum tota, designatiq; sunt termini, quos  
 transcendere venatoribus periculosum acci-  
 dit. Equidem statio aliquot militum, isthuc  
 collocata præsidij causa, in id diligenter inui-  
 gilat. Est autem Marchiæ limes in plaga occi-  
 dentali Ora vel Hortella fluius, qui exoritur  
 in montibus Luneburgiorum, & campestri-  
 bus ripis deuolutus situam Tremensem occu-  
 pat, quam vbi clementiore alueo præterire  
 nititur, ab ea, dum præceps terram subit, raro  
 exemplo absorbetur, & ita per aliquot stadia  
 conditus labitur, rursusq; velut ex alto fonte  
 conceptus editur in agro Calfordensi, vbi no-  
 uum alueum intendit, leniq; tractu aquarum,  
 nauium impatiens ad arcem Vuolmerstaden-  
 sem, quam Ioachimus Fridericus Brandebur-  
 gice Administrator Magdeburgicus sumptu-  
 ose

*Limes  
 Occiden-  
 talis Mar-  
 chie Ora*



oſo opere exſtruxit, Albi miſcetur. Voce- *Gardelea*  
 tur autem ſilua illa Gardelegiana, ab vrbe *giū urbe*  
 eius nominis, quam contingit. Hæc à *nobilis*  
 Romanis olim condita, tractu temporis *in veteres*  
 magna habuit incrementa, vt hodiè præci- *ri Mara-*  
 pius Marchiæ urbibus propter amplitudi- *chia.*  
 nem, ciuium frequentiam, humanitatem er-  
 ga doctos atq; hospites, morum elegantiam,  
 reuerentiam erga magistratum & miniſteri-  
 um, propter ſapientiam atq; excellentiam Se-  
 natus qui nullum niſi inſigniter doctum, qui  
 ad ciuilem prudentiam acuratã ſimul doctri-  
 narum ſcientiarumq; cognitionem adiunxit,  
 inuenias, & tandē propter fidem erga princi-  
 pes ſingularē, annumeretur. Hoc quoq; pecu-  
 liare habet, quod cereuiſiã coquat natura ſua  
 præſtantē, quæ celebritate ſua diſſitarum etiã  
 regionum atq; urbium emptores ſibi conci-  
 liat, & precio non ita magno comparatur.  
 Accedit & hoc, quod operoſe eſt munita val-  
 lo atq; foſſa, circum circa vi magna aquarum  
 profundiffimarum ad propugnacula ex Biſa *Gardete*  
 fluuio deviata. Eius appellationem curioſius *gium un-*  
 rimari noſtri non eſt inſtituti. Sunt qui à ſitu *de nomē*  
 hortorum nominatam volunt, quod ex ma- *habet.*  
 iori urbis inſigni, à dextra dimidiatã Aquilã,  
 qua Imperium Brandeburgicum agnoſcit, à *Inſigne*  
 ſiniſtra verò haſtas lupularias colliculo lupu- *urbis.*  
 lario infixas, ſaliſtario lupulo luxuriantes,  
 habenti cōſciunt. Conſuetudine etiã receptū  
 fuit apud veteres colonos iſtius regionis, vt  
 frequentius ſub frondibus ſeu potius vitibus *Hortopã*  
 frondofis agerent, quales in ſuburbio veteri *pinca.*  
 Metro.

F 2

Metro.



*Totopolis.*

*Suevi  
veteris  
Marchie  
incola.*

*Suevi à  
Romanis  
victi.*

Metropolitanae Stēdallensis adhuc hodie cōe-  
spiciuntur, vnde Hortopampineam dicunt.  
Quidam ex tribus pagis sibi conterminis, ad  
uitandas latrunculorum irruptiones coeun-  
tibus, vt ex veteri quodam archiuo in prieta-  
meo illius reipub. ab annis fermē trecentis  
relictis, colligere licet, Totopolim appellitāt.  
Et quæ præterea de legione Romanorum,  
sub Tiberio Imp. per Drusū Germanos vsq;  
huc debellante, in hoc castello præsidij causa  
collocata, vel Gallorum legione, & Galatis  
afferunt viri sanē doctissimi. Hoc constat  
Sueuos Senones sua arma Romanis hinc inde  
contractis viribus opposuisse. Itaq; Claudius  
Drusus Nero Tiberij Imp. frater circa annū  
Christi VII, Rhetiā transmittens, cum Che-  
rūcis, Cattis, & Bructeris pugnavit, victisq;  
populis ad Mosellam atq; visurgim, Sueuis  
etiā intra Salam & Albim bellum fecit: iamq;  
ad Longobardos per ventum erat, qui & ipsi  
Sueuorum nomine censebantur, & veterem  
Marchiam incolebant Semnonibus illis ad  
Sueuum & Haelum concedentibus, vbi cum  
castra ad riuulos confluentes, Rhenum, Lau-  
tebacium, Veteritium & fontes Milde posue-  
isset, captus loco, vicum ibi, quem Gardelegi-  
onem Claudij nominavit, vt in fide atq; offi-  
cio contineret deuictos, imposito Romano-  
rum militum præsidio condidit addiditq; ca-  
stellum, quod incolæ, qui isidem colebant,  
Isenburgum vocitarunt, & hodiē ad familiā  
equestrem nobilissimorum Aluenslebiorum  
pertinet. Debellatis Sueuis, quadraginta eorū  
millia



millia ex Marchia in Rhetiam transtulit, ubi  
etiamnum posteris illorum magna opum, po-  
tentiae, cultissimarumque ciuitatum gloria, fa-  
cta rerum atque potentiae accessione ingenti,  
degunt. Ita haec Romanorum Colonia usque  
ad Drusum Germanicum in fide Imperatoris  
perstitit. Post eius infelicem pugnam atque mor-  
tem rebellabant Sueui, vocantes in auxilium  
Saxones, quibus cum Romanos ex Marchia  
eiecerunt. Ab his socijs suis, quos defensionis  
nomine sibi associuerant, ipsi quoque Sueui non  
multo post debellati vel sub iugum missi sunt.  
Saxones, deuictis socijs colonias novas in ca-  
stella & agrum veteris Marchiae deducentes,  
Gardelegium oportuno loco situm frequens  
in primis effecere, & iuxta Isidis imaginem  
Crodonis Idolum, a tota Saxonia cultum, sta-  
tuerunt. Representabat autem statua senem  
emasculatum, vultu austero, ore barbato pal-  
lio fluxo, pedibusque nudis, qui pisci Bersico  
insistens, dextra quidem manu rotam, sinistra  
vero canistrum turgidum, pomis, pyris, ro-  
sisque refertum continebat. Circa annum 642.  
Slavi ex Media Marchia, quam pulsus Longo-  
bardis atque Francis occupauerant, in veterem  
Marchiam, ut nunc vocamus, superato Albi,  
cum manu hostili irrupentes facta strage  
omnia compleuerunt, & Saxones vel fugere  
compulerunt, vel confecerunt, diruto Garde-  
legio una cum statua Crodonis. Isenburgum  
vero, cum sui copiam negaret, nec perfrin-  
gi posset, ferrearum faucium nomine cen-  
suerunt. In crodonis autem locum Suuan-

*Sueui in  
Rhetiam  
traducti*

*Romani  
& Sueui  
a Saxo-  
nibus pul-  
si.*

*Crodo  
vel Cro-  
do.*

*Slavi*



*Suanthe  
githo De  
oru ma-  
ximus.*

*Porten-  
za Slavo-  
rum.*

*Slavoru  
consuetu-  
do.*

*Slavi de-  
fecti.*

theuithum; qui inter Slauorum numina primatum tenebat, & efficacissimus in victorijs comparandis credebatur, summa cum veneratione reposuerunt. Huius maiestatem tanta pietate ea gens conseruauit, vt si quis per eum iuraret, peierare existimaretur. Equidem alios quoque colebant Deos suos, vtpote Triglatum, Triplatum, Triphatum, cum Roreuio, Rudianoto, Hasibundo, Redihasto, Syba, Pronoue, Zernaboco, & alijs, portentis magis quam numinibus, simulacrorum praeterea imaginarias formas pro libitu sibi fingebant in filuis atque lucis; sed his omnibus imperitare Suantheutum, Deum quasi summum, asserabant. Quamuis igitur natura in aedificijs faciundis operosi non essent, casas suas ex virgultis contexere assueti, & necessitati solummodo contra pluuiosas tempestates consulerent, nulla admodum munitionum habitatione, vt quibus familiare foret ad bellicorum tumultuum famam, cara atque preciosa quaeque fossis abdere, reliqua vero in siluas atque paludes, vbi ferme habitabant, latenter occultare, immanes tamen fuerunt in expugnationibus castellorum, quae praerog solo adaequarunt contenti suis tugurijs, ex quibus latrocinandi commoditas esset expeditior atque opportunior, & quorum iacturam victi fugatique aequiore animo ferre possent. Sed nequaquam impune, Saxones enim redintegratis viribus Hermo ac Sigardo Regibus, ita praелиjs aliquot secundis eos obtriuere





ut ex tot millibus vix exiguae reliquiae super  
stitis remanerent, quorum posteritas vel  
hodie, in confinio Marchiae & ditionis Lu-  
neburgensis, inter Slayorum populos trucu-  
lentissima habetur. Ad eum modum rerum  
summa mutata vice ad Saxones redijt. Hi  
restituto in Gardelegio vico Crodone, ne  
perpetuis iniurijs exponeretur, ex vico op-  
pidum opere munitum fecerunt, domum  
Crodonis appellitantes, eamq; vsq; ad an-  
num Christi 779. tutati sunt. Quo Caro-  
lus Magnus, Saxonibus superatis, in veterem  
Marchiam cum exercitu veniens, Gardele-  
gium, celebratam in primis in isto seculo atq;  
loco propter sacra civitatem simulq; Ise-  
burgum castellum expugnauit. Cum vero  
oportuno loco positam ad continendos in  
fide Saxones animaduertisset, instauratam  
Francis atq; Rhenanis propugnandam com-  
mendauit. In Crodonis forte statuam in-  
cidens, & de nomine istius Idoli quaerens  
cum Crodonem vocari didicisset, hic in-  
quit, Crodo Diabolus est, eiq; in cineres re-  
ducto, compulsos metu Saxones & sacris ba-  
ptismi initiatos ad verum pietatis cultum in-  
mansuetiore & ciuiliore vitae genere condo-  
ceseri summae curae habuit, constituto Duce  
atq; praefecto puincia Vuidekindo I. cuius  
posteris Gardelegium continua serie usq; ad  
Henricum Ancupem circiter annum Christi  
920. tenuerunt. Is per virtutem diadema  
obtinens Imperiale, Gardelegium vallo atq;  
fossa muniuit, & priuilegia atq; insignia  
concessit,

Slauis Lu-  
nebur-  
gensis.

Carolus  
M. Gard-  
legium  
instaur-  
rat.

Henricus  
Ancups  
Imp. Gar-  
delegi-  
um muni-  
uit.





*Gardelegium dat  
fidem  
Marchioni  
Stadensium*

*Primislaus  
occu-  
perat*

concessit, ex quo præcipuis Marchiæ urbibus  
accenseri cepit. Fuit autem incolarum huius  
regionis mira simplicitas, quod & hîc videre  
licuit. Anno 1020. victo Theodorico El.  
cognomento superto à Mystouio, Slavi de-  
nuò mediã occuparunt Marchiam cû Bran-  
deburgo metropoli, eamq; ad annum 1142  
vsq; & Primislaus Regem armata manu re-  
tinuerunt. Veterem tamen Marchiam etsi  
eruptione crebra tentarent, subiugandi ta-  
men neq; vires neq; animum habuere, Hen-  
rico II. & III. Imp. per legatos eam propug-  
nantibus, quorum mandato, & Sigefrido  
Stadensium Marchioni, qui Soltuellæ curiæ  
atq; aulæ sedem fecerat, Gardelegium fidem  
dedit. Is ad nepotes transmisit, quo vsq; Hen-  
ricus Imp. Huderum propter agitata pericu-  
losè cum Slavis consilia omni iure in Marchiã  
priuauit, immisso in eius possessionẽ Alberto  
VI. Ascaniæ comiti, quod ipsum materiam  
grauissimo bello subministravit, coniuncto  
cû incredibili eorum, q; pagatim habitabant,  
clade & rei familiaris dispendio. Huderus  
enim accitis in auxiliũ Slavis tertium victus,  
quantum poterat ferro & igne Transalbanis  
incommodauit. In qua tristissima rerum atq;  
Imperij forma Gardelegium, quod auctori-  
tatem Imperatoris sequebatur, in verba Al-  
berti iuravit, eiusq; successorum Ernesti atq;  
Esiconis, quem Primislaus Slavorum Rex  
expulit, Gardelegiumq; in suam potestatem  
cum consensu Henrici V. Imp. redegit. Sed  
in auxilium à Nicoloto fratre contra Lortha-

*rius*



elum, qui Megelburgenses inuaserat, vocato, *teremo*  
 dum ipsi suppetias tulit. Magnus Lunebur- *Marchi-*  
 gensis atq; Saxoniae Dux ipsi eripuit Marchiam *am, sed*  
 veterem, & in dotem contulit filiae, quae nu- *non diu*  
 bebat Ortoni comiti Ascaniae, patri Albeati *retinet.*  
 Vrsi, qui post Primislaum vniuersam Mar-  
 chiam circiter annum 1142 occupans ad po-  
 steros feliciter transmisit. Ex quibus Otto I.  
 El. deuotae pietatis ergo, Transalbina vni-  
 uersacum Brandeburgo nouae ciuitatis, per  
 donationem, ad praesulatus Magdeburgici *Otto pi-*  
 iurisdictionem, sub nomine plenariae posses- *donat E-*  
 sionis transferens, difficillimis bellis causam *piscopo*  
 praebuit. Namq; successores eius, inprimis *Magde-*  
 Otto II omnium minime donationem hanc *burgensi*  
 approbatione sua ratam volebant, & transal- *V. Mar-*  
 bina sibi vendicabant, itaq; Vuildebrandus *chiam.*  
 Antistes, vt ius suum persequeretur, adiuuus ab  
 Ottone III. Imp. in tertium diem, quidquid  
 erat obuium, vel diripuit, vel incendit. Hunc  
 Otto ex improviso anno 1203. aggressus,  
 commisso praelio, cum Ludolpho Halbersta-  
 densium Praesule cepit, & abalienata, priore  
 sublata transactione, omnia recuperauit. Prae-  
 sul dimissus promissis concessisque teneri nole-  
 bat, utpote per vim extortis, ideoq; auxilijs *Otto II.*  
 Marchionis Misniae cum Brandeburgico ter- *recupe-*  
 rium confligens, totiesq; profligatus, cum de- *rat V.*  
 speraret, iuris se sui Veterem Marchiam fa- *Marchi-*  
 cere posse, nimiae cupiditati frena iniiciens, *am.*  
 iustas temeritatis suae paenas luit. In his bello-  
 rum procellis irruentibus Gardelegium vero  
 Domino adfuit, permansitq; in fide principu  
 Brande-



*Specula  
in Mar-  
chia.*

*Pseudo-  
marus.*

*Gardele-  
gium iur-  
vat Burg*

Brandeburgensium, non in magno ponēs dia-  
ras Pōrificias discrimine, vsq; ad Vuoldema-  
rum, qui vltimus ex hac familia sine ple dis-  
cessit. Qua tempestate cum El. bellis ferē di-  
stentus, neq; legū neq; disciplinæ admodum  
magnam haberet rationē, occasionē exhibuit  
latrocinijs, quæ vias vndiq; infestas reddebāt,  
ita vt ne ciuitates quidē muro cinctæ a clana  
destinis istis prædantium insidijs, vel impro-  
uisa violentia securitatem sibi polliceri pos-  
sent. Hinc speculæ circa annum 1310, ex-  
structæ, quarum Gardelegium cum reliquis  
Vrbibus veteris Marchiæ atq; Prignitijs co-  
piam vel hodiē facit Vuoldemato successus  
est, Saxonum Anhaltinorumq; potissimum  
opera, Pseudomarus quidem ad annū 1327  
qui vicinorum principum copijs instructus,  
Marchiam iuuasit. Sed cum multi ab homa-  
gio præstando abhorrent, magnis cladi-  
bus repugnantes affecit. Quæ res effecit, vt  
Gardelegium quoq; ex auctoritate Impera-  
toris Caroli 1111. in tanto vicinorum prin-  
cipum assensu, exemplo reliquarum Mar-  
chiæ ciuitatum, quarum in vniuersum sunt  
LXXII. muro, fossis valloq; cinctæ omnes,  
præter Francofurtum, Spottobam, et Brisam,  
in Pseudomari potestatem concederent. Sed  
recepto dolo ad Ludouicum transiens, dataq;  
fide ipsi & eius fratribus Romano, & Otto-  
ni continua successione, cum hic Marchiam  
vendidisset, Carolo 1111. Imp. sese permisit.  
Anno 1415. cepit esse iuris dictionis Burg-  
gaurorum Norinbergensium, & ab his pri-  
uilegia



uilegia urbica, filuas, agros, aliaq; dominia *grauis*  
 obtinuit, & quia bella quiescerent, & prin- *Norimb.*  
 cipes sapientia præcellerent, sub eorum im- *Frideri-*  
 perio magna habuit incrementa. Tan- *co I.*  
 dem anno 1539. Ioachimus El. salutarem  
 huic ciuitati lucem Euangelij repudiaris  
 Pontificiorum laruis concessit, die X. No- *Doctrina*  
 uemb. qui Diuo Martino sacer erat, ut grata *na Euan-*  
 mente atq; memoria cõtestarentur de benefi- *gely.*  
 cio Dei singulari, quod per Martinum Lu-  
 therum extremo huic seculo contulisset, &  
 in eius confessione perpetuò consisterent.  
 Exinde magis quam vnquam alias, benedi-  
 ctione diuina affulgente, ornatissima tem-  
 pla sinceritate religionis, forum iustitia,  
 Schola incrementis, ciues deniq; pietate  
 in Deum atq; homines, virtutum stu-  
 dijs atq; exemplis, obsequijs erga magistra-  
 tum, officijs in hospites, propensa tandem  
 comitate in omnes, nulli in ijs locis ce-  
 dunt. Nam semper cum vera religione &  
 doctrinarum, virtutumq; decus omne, pul-  
 sa barbarie, irrumpit in ciuitates & regio-  
 nes. Hanc urbem propugnaculi instar  
 Marchia occasum uersus sibi uendicat.  
 Princeps Senatus in ea, sicut doctrina  
 erudita, iudicio exculro, facundia inex-  
 hausta, & grauitate egregia cum singula- *Arnoldo*  
 ri humanitate temperata, ita meritis tum *Bierste-*  
 in uniuersam rempub. Marchicam, tum *dus V.*  
 uerò in hanc ciuitatem, bonos atq; do- *CL.*  
 ctos omnes, antecellit Vir ampliss. Arnoldus  
 Bierstedius, cuius historiam luculentam de  
 patria



patria cupidè expectamus. Arce Netzlinen  
 si perfecta, cum ea ad recreationem animi cō-  
 posita esse videretur, totam se Spandouiam  
 conuertit Ioachimus El. ascitisq; Italis ducē-  
 tis eiusdē gentis nobilem præfecit, à quo mu-  
 nitio his quidem finibus descripta est, Vt fun-  
 damentum mole immensa ad ostium Sueui-  
 miscntis aquas suas cum Hauelo poneretur &  
 Murus instructus laterculo, calceq; interli-  
 sus, vallo denso, ad excipiendos quoscunq;  
 impetus violentos comparato, vestiretur, in  
 inferiore quidem spatio circuitum per testu-  
 dines exhiberet, in superiore verò planitie  
 spatium complecteretur, vt quadrigæ, in ipso  
 muro inter se concurrentes, sine periculo cō-  
 meare possent; altitudo XX. cubitorum emi-  
 neret. Hauelus proximè alluens magnæ mo-  
 lis crepidinibus coerceretur, vnde contentus  
 acrius, quàm si libero cursu mearet, illidere-  
 tur. Circumuenirent deinde fossæ ingentes in  
 altitudinem pressæ, quæ aquarum diuortijs,  
 aggeribus latis interiectis, onerarentur. Men-  
 se Iunio ablegat Elector Georgium Sabinum  
 in Italiam cum certis mandatis. Is postquam  
 venitijs apud Ducem & Senatum causas com-  
 missas perorasset, & Florentiam proficisce-  
 retur, Ferrariæ cū graui febre conflictari ce-  
 pit, ita vt propter infirmitatem corporis cura-  
 sum institutum tenere non posset, nec rebus  
 agendis sufficerent vires. Itaq; mutato consi-  
 lio lectica, afflictus planè, Augustam Vinde-  
 licorum reportatus est, ibiq; diligentia Medi-  
 corum aliquantum se recollegit. Mense Augu-  
 sto

*Arce Spā-  
 douiana.*

*Sabinus  
 in Italiā  
 legatus.*



Ad terra Eclipsis Solis visa est in gradu octavo LXX  
uo Virginis nonam scilicet domum cœli, quæ  
ad religionem spectat, possidens. Cepit hinc  
Caluinianorum factio incrementa perma-  
gna in Germania, quæ res bonorum animos  
vehementer perculit. Inde nata sunt scripta  
polemica atq; Eristica, quæ classicum ad infi-  
nitas turbas canebant. Habet hoc singulare  
Eclipsis solaris in Virgine, ob Iouis in eo si-  
gno summam debilitatem, in primis si à ma-  
lificis infestetur, ut prænuñciat deformem Ec- *Effectus*  
clesiæ propter nascentes hæreses ambitioso- *Eclipsis*  
rumq; & calumniatorum conatus, conditio- *in Virgine*  
nem. Quod etiam cõiunctiones superiorum *ne.*  
Planetarum in Virgine factæ, tristi omine  
portenderant. Interim ostendit Calvinus  
publico scripto cõcordiæ ineundi rationem  
quæ talis erat: Obstatulum de corporis Chri- *Formula*  
sti immensitate remouendum, nisi enim hoc *Concor-*  
concederetur, finitum esse cœloq; compræhen- *diæ Cal-*  
di, nullam esse dissidij componendi causam: *uini.*  
Facit deinde decretum: Christum, sicut in glo-  
riam cœlestem semel esset receptus, ita locorū  
interuallo, quò ad carnem, longè à nobis dis-  
situm: Diuina autem essentia atq; virtute, gra-  
tia etiam spiritali coelum et terram implere.  
Hanc eius, rationem postea quidam infeliciter  
secuti in his regionibus, miris eam modis in-  
fellas atq; animos hominum promouere con- *Georgij*  
tenderunt. 2. Decemb. decedit Francofurti *Sabini*  
ad Viadrum ex hac vita caduca Georgius Sa- *mors.*  
binus, ætatis anno LIII. inhumatus ante arā  
summi templi. Natus is fuerat Brandeburgi

G

anno



**anno 1508. XXIII. April.** In adolescentiâ  
 Philippi Melanthonis alumnus domesticus  
 per decennium Vitebergæ, vsus præceptore  
 in vtraq; lingua Francisco Burcardo Vinari-  
 ense, Studium Eloquentiæ & Poëticæ in pri-  
 mis excoluit, descripsitq; res gestas Caesarum  
 adhuc adolescens. Philippum ad conuen-  
 tus & comitia Imperij comiratus, plurima-  
 rum sibi ferum vsus comparauit. Italianâ  
 sumptibus principum Ell. adiens, cum ve-  
 nisset Venetias, per Lucam Pomphilius  
 Pont. Rom. cubicularium, in familiarita-  
 tem Hieronymi Aleandri Archiepiscopi  
 Oritani & Brundusini peruenit, qui ipsum  
 apud Diuum Eustachium in ædibus suis lau-  
 rea Poëtica & gradu Ordinis equestris orna-  
 uit. Patauij in amiciciam Petri Bembi & Io-  
 hannis Baptistæ Egnatij receptus, eorum  
 commendatione tandem ab Aleandro comes  
 aulæ Lateranensis Palatinusq; creatus est.  
 Vnde reuersus in familiam Alberti Mogun-  
 tini ascriptus est, nec multò post Annam  
 Philippi Melanthonis filiam sibi matrimo-  
 nio iunxit, vocatus anno ætatis XXX. ad  
 Academiâ Francofordianam, in qua Poetas  
 & Oratores magna cum laude enarrauit. In-  
 ter consiliarios præcipuos coluit Ioachimus  
 El. cuius iussu comitijs Ratisponensibus in-  
 terfuit, in quibus ab Imperatore gradu Or-  
 dinis equestris ob virtutem donatus est. Vo-  
 catus ab Alberto in Borussiam stipendio  
 inusitato, nouam in Regiomonte Acade-  
 miam condidit. Osiandrino autem dogma-  
 tibus

*Sabini  
Studia.*

*Sabinus  
Poeta L.*

*Comes  
Palati-  
um.*

*Eques.*



te Borussiae urbanae, redijt Francofurtum  
a tribus expetitus Academijs. Annos XIII.  
in vniuersum docuit. Amabant virum Al-  
bertus Moguntinus, Joachimus I. & II.  
Electores: Sigismundus Praesul Magdebur-  
gensis, Albertus Boruffus, Iohannes, Bran-  
deburgici, qui causas plerasq; latinè dicen-  
das, negotiaq; ferme omnia cum legationi-  
bus, ad externos reges & principes ipsi com-  
mendarunt. Praeter carminum libros, qui  
partim nondum editi, in bibliotheca Abbatiae  
Praetorii depositi erant, & facè ab haeredi-  
bus dissipati interière, exstant eius scripta  
& monumenta, inter quae primum facile  
locum obtinent Interpretationes fabula-  
rum Ouidij, de quibus iudicant eruditi, nun-  
quam se, tantam in Sabino fuisse eruditio-  
nem, credere potuisse, quantam in eo libro  
deprehendissent. Eum Italia est admirata.  
Cum Bembo, Sadoleto, Contareno, Ludo-  
nico Beccatello, & alijs viris praestantissimis  
non vulgaris ipsi intercessit coniunctio. De  
eo summorum virorum testimonia ad om-  
nem posteritatem exstant. Inter alios  
Bembus eum omnibus huius seculi poe-  
tis anteponit, & cum veteribus illis com-  
parat. Eobanum Hessum in carmine su-  
arum sordium ad Sabini munditiem col-  
latarum, suppudet: Iohannes Baptista Igna-  
tius scribit: Germanos penè omnes velut  
vmbra errare, hunc solùm veram gloriã asse-  
qui posse, Germaniaq; sidus secundum post

*Legationes  
ad vicis-  
nos Reges.*

*Scripta  
Sabini.*

*Iudicia  
de Sabino  
no.*



*Joachims  
mus Fri-  
dericus  
educatur  
Zechlini*

*Funera  
continua  
sunt.*

Erasmum Rotterodamum appellat. Hoc anno  
no varij de impendentib. bellis rumores per  
Germaniam sparsi non exiguum metum in-  
cusserunt. Mortuo etiam Georgio Blumen-  
thalio Episcopo Lebusiano Ioachimum Du-  
cem Lign. & Brigensem submisit, qui ditio-  
nem Lebusianam nomine Ioachimi Friderici  
administraret. Filius is erat Iohannis Geor-  
gij, ex Sophia Lignicensi natus, & iam quar-  
tum decimum attigerat aetatis annum, in ho-  
nestis disciplinis à Thoma Hubnero Berli-  
nense, viro sapiente industrioq;, & in latina  
atq; Græca lingua æquè atq; in alijs artibus  
probè exercitato, quem ipsi pater præcepto-  
rem asciuerat, cuius opera informatus aetate  
ingenio vicit, egregiè educatus. Hunc Deus  
atq; fortuna propitia ad amplissima quæq;  
benignè conseruarunt, cum reliquos fratres  
ex Sabina Brandenburgica Georgium, Alber-  
tum, Iohannem, & Albertum II. cum filiab.  
Magdalena Sabina, Hedwigè Magdalena,  
Margareta, & Maria Zechlini per immaturā  
mortem, breui temporis succedentis inter-  
uallo, continuatis fermè funeribus fatum op-  
pressisset. Spes ille erat vnica familiæ Bran-  
denburgicæ, in quo acquiesceret, Georgio Fri-  
derico in Franconia, & Iohanne Custrinen-  
se sine sobole agentibus, spes autem exigua  
restaret in Borussia. His enim principibus suo  
perstitibus describebatur familia Brandebur-  
gica. Creditum fuit veneficijs incantatricumq;  
quorum copiā regiones illas suppetere haud  
temerè asseritur, tublatos esse, ex quibus tor-  
mentis



mentis subiectæ credulitati fidem fecerunt: Superstitibus, annis insequentibus, Ertmunda quidem Iohanni Friderico: Anna Maria Barnimo, Ducibus Pomeraniæ: duæ sorores duobus fratribus, & Sophia Christiano Saxoniz Electori nupserunt. Defuncto Philippo Melanthono, ambitio Pontificia principib. Augustanæ Confessionis molestiã creare cepit. Sicut enim ante annos XIII. post obitum Martini Lutheri Paulus III. Pont. Rom. in expectationem propè certam venerat, ad Romanæ Ecclesiæ gremium Germaniam reuocari posse, eaq; de causa concilium Tridentinum indixerat: Ita hoc tempore similẽ concipiens spem Pius III. Pont. continuandum istud vbiq; denunciât. Hac occasione nuncios dicit Apostolicos, Zachariam Delphinum Episcopum Pharensem in Dalmatia, & Franciscum Cõwardenũ Episcopum Zazyntiuũ ex patricio Venetorum genere, & in Marchiã cum diplomatis ablegat. Qui Berolini Electorem expectare iussi, quod ille in munitione Spandouensi continuanda totus erat occupatus. Eorum tamen non adeò magna fuit habita ratio. In literis oblatis principem Pontifex appellabat filium dilectum, quod ipsum, quamuis inde à Carolo Magno hanc sibi licenter auctoritatem & potestatem in Cæsares atq; principes arrogasse, cum antea Dominos suos salutarent, satis constaret, non tam ad existimationem quàm turpitudinem suam pertinere arbitratu est. Habito autem suorum consilio,

*Concilium  
Tridentinum.*

*Legatio  
Pontificia  
Romæ  
Berlinũ  
venit.*



**Delibe-  
ratio au-  
lici Sena-  
su.**

**An Pōt.  
possit in-  
dicere  
conciliū.**

**Vniuer-  
salis Epis-  
copu.**

cum alij vehementius dicerent, alij affirmarent, concilium quidem necessarium videri, quod neq; vllō modo esset defugiendum, sed summis potius uotis experendum, verū in eo rei cardinem verti, an eius iudicatio penderet ab auctoritate Pontificis Romani, hoc imprimis seculo, quo ipse de plurimis accusatus, reusq; esset factus. Ex rationibus quidem temporum apparere, oborta religionis conerouersia, Cæsaris atq; Regum interuenisse auctoritatem, cuius adhuc recens exemplum in Sigismundo Imp. haberetur, Quod si istud cōcederetur, nequaquā tamen liquere, an is alienæ iurisdictioni subiectos conuocandi potestatem usurpare posset. Vocare Pontificem Romanum Electorem ad concilium, idq; non obscurum esse argumentum, illum sibi supremam in eo vendicare potestatem, quod illi non esse permittendum. Sin autem primatum in rebus Ecclesiasticis, spiritualibus, atq; diuinis spectaret, neq; illud approbandum, si quidem in proprias ille leges & canones peccaret. Si enim solus ipse esset vniuersalis, omniaq; in ceteros Episcopos posset, reliquos pro nihilo esse. Et cui ceteris dominari omnibus animus esset, præcursorem esse Antichristi. Negari quidem non posse, illum tantæ osim eminentiæ ius quoddam, temporum iniuria, ad se rapuisse, sed magis arroganter, quā licenter, nec sanè rationibus honestis, contra scripturam sacram, ipsorum Canones, & communis Eccle-



Ecclesie libertatem, contra quam nulla va-  
leret, quantumuis longa præscriptio, neq;  
certè quod ab initio uitiosum fuisset, tra-  
ctu temporis posse conualescere. Quod si ta-  
men casu posito, sed non concessio, ius ha-  
buisset uocandi Electorem ad concilium,  
id tamen hoc tempore ad Cæsarem omne  
& ceteros reipub. Christianæ principes  
deuolui, quandoquidem ipse cum suis rei  
partes subiret, accusareturq; de plurimis,  
ob quam etiam causam persona iudicis  
vel superioris fungi non posset. Neq;  
iam disputare de loci natura, situ atq; con-  
ditione, certè principi Electori difficile in  
his turbulentis reipub. motibus futurum,  
tam procul à suis abesse, alijsq; se suamq;  
vitam committere, in quibus parùm esset  
sinceræ fidei, & à quibus iam esset præ-  
iudicio quodam causa hæc condemnata, cum  
non solum personis, sed & causæ tutus  
esse deberet locus. Citatum enim non te-  
neri ad locum non tutum comparere,  
neq; se credere capitalibus inimicis, præ-  
sertim cum hoc decretum iam haberent, hæ-  
reticis nullam esse seruandam fidem, in quo-  
rum numerum omnes nostræ addictos reli-  
gioni censerent. In tali concilio penes pon-  
tificem solum eiusq; approbatores decer-  
nendi potestatem fore, reliquos verò om-  
nes, quantæ etiam essent dignitatis, virtu-  
tis, atq; doctrinæ à tractatione istius ne-  
gotij, quod quidem ad singulos atq; vniuer-  
sos pertingeret, excludi. Non se istud regere

Pot. Rō  
rei par  
res sustin  
ner.

Papa  
Capita  
lis hon  
ris.

Concilia  
Pot. quas  
le.



quàm hoc esset liberum Christianumq; futu-  
 rum, in quo voces decisivas soli haberent  
 Pontificij, reliqui verò tantum consultarias,  
 & cui solus Pontifex præsideret, qui non spe-  
 ctaret, quomodo salus Ecclesiæ restitueretur,  
 sed quomodo suam tueretur & augetet emi-  
 nentiam, dignitatem, & luxuriam, ageretq;  
 id vnum studiosissimè, ne inter tot ingentia  
 & enormia scelera, in Ecclesiam & repub.  
 introducta, argueretur plectereturq;. Princi-  
 pi verò Electori imprimis esse eò respicien-  
 dum, quid reliqui in causa confessionis Au-  
 gustanæ nobis coniuncti essent facturi, cum  
 quibus communicato consilio statueretur,  
 quod ex usu cederet repub. ne Ecclesiarum  
 nostrarum status quid detrimenti caperet.  
 Auditis ex ordine sententijs, in hunc modum  
 legatis responsum fuit, vt princeps expresse  
 testaretur, se Pontificiam iurisdictionem nõ  
 agnoscere, neq; ullum ipsi ius imperandi tri-  
 buere, multò minus potestatem conuocandi  
 concilia, quam arroganter atq; iniuste usur-  
 paret, habere, in quo pro arbitrio suo contra  
 Canones Catholicæ fidei horrendas corru-  
 ptelas, et manifestam Idolomoniã, atq; turpie-  
 tudinem, sanctitatis prætextu, augèdi hono-  
 ris sui atq; compendij causa, præscriberet &  
 stabiliret, neq; in illud cõsensurum unquam,  
 aut in arbitrium tale cum suis venturum. Ecc-  
 lesias suas Dei benignitate ita esse constitu-  
 tas, & prædicatione Euangelij veroq; Sacra-  
 mentorum usu, secundum Christi Iesu Ser-  
 uatoris nostri institutionem, & disciplinã  
 Eccle-

*Conuen-  
 tus pro-  
 testanti-  
 um Ordi-  
 nis.*

*Respon-  
 sum Pr-  
 ad lega-  
 torum  
 citatio-  
 nem.*



Ecclesiasticæ feueritate confirmatas, vt refor-  
 matione Pōtificia minimè omnium indige-  
 rent, seq̃ ipsum iamdudum à Pontificio Ido-  
 lo Maosim ad Augustanam Confessionē proe-  
 uocasse, nec sibi integrum fore, quò ad in vi-  
 uis superstes esset, ab ea recedere. Mirari autē  
 comprimis, quod eò progredi impudentiæ  
 Pōtifex auderet, vt alieni domini principib,  
 alienus superbè imperaret, qui obsequium  
 in beneficio illius nunquam data fide reposu-  
 issent. Petere igitur, vt eiusmodi in posterum  
 literis & legationib, parceretur. Si verò Cæ-  
 sar, ad quem ius conuocandi concilia ppriè  
 pertineret, de eo negotio, cum vicinis regibus  
 communicato, ex decreto Imperij moneret  
 vel mandaret, nomini se atq; edicto Impera-  
 torio pariturum. Legatis autē, quos ex splen-  
 dida venetorum genere ortos, virosq; graues  
 atq; sapientes esse animaduertet, omnem  
 beneuolentiam singulari officiorum genere.  
 nisi alterius nomine submissi essent, præsti-  
 turum fuisse. Quo minus autē reipsa osten-  
 deret, à Pontifice Rom. causaq; hac infami,  
 cum qua sibi nihil commune veller, quarum  
 illi essent administri & interpretes, inuitum  
 impediri. Neq; aliud responsum fuit Iohan-  
 nis Brandenburgici. Ad Albertū verò Bran-  
 durgicum in Borussia missus est Iohan-  
 nes Franciscus Canobius, à Sigismundo Au-  
 gusto Poloniae Rege diligenter ipsi, & à Sta-  
 nislao Hosio Episcopo Vuarmiensi cōmen-  
 datus. In literis, quas simul attulerat, Pius  
 III, Pont. Alberto titulum Borussiae Duxis  
 G 5 tribuebat.

Legati  
 Pōt. sunt  
 patricij  
 venet.

Legatio  
 Pont. ad  
 Albertū  
 Dux  
 Borussiae



*Respon-  
sum Al-  
berti le-  
gatis da-  
tum.*

*Osium Al-  
bertum  
oppu-  
gnat.*

*Conuen-  
tus prin-  
cipum  
protestā-  
tium  
Num-  
burgi.*

tribuebat, quod haecenus neq; Pōrifex vllus,  
neq; Cæsar Rō. fecerat, addebatq; Canobius,  
per Pontificis intercessionē idem quoq; im-  
petrari à Ferdinando Imp. & aboleri omni-  
nò proscriptionem posse. Quibus tamen ille  
cicurationibus haud adeò multum est motus,  
vt conuocaris etiam Theologis præcipuis, de  
illorum consilio responderet: Pontificē neq;  
in causa religionis, neq; in alijs quidquam si-  
bi præscribere debere. Concilium si indiceret  
Imperator in Germania, vel vniuersale  
vel nationale, suo loco scerebus Ecclesie  
non defuturum, & cum suis affuturum.  
Quod postea responsum Stanislaus Hosius,  
cum intelligeret, seq; & commendationem  
suam non pluris apud principem fieri, pub-  
licè oppugnauit. Sed eum Albertus ad  
eum modum excepit, vt facile appareret, Osium  
frustrà laborare atq; sudare. Propter con-  
cilium igitur: & quia in omnibus conuen-  
tibus odiosè Augustanæ Confessionis exem-  
plarum discrepantia ordinibus Protestanti-  
um exprobraretur: Et tandem quod ipsi  
Cingliani palàm ad Augustanam Confessi-  
onem prouocarent, eamq; suis Ecclesijs pro-  
ponerent, nec desissent, qui eius prætextu  
suas opiniones Ecclesijs obruderent, fre-  
quens principum huius confessionis Nume-  
burgi ad Salam conuenus indicitur, Vene-  
runt cò Fridericus Palatinus, Augustus Saxo,  
Electores, Vuolgangus Palatinus, Iohannes  
Fridericus Saxo, Ernestus & Philip. Brun-  
swicenses, Vlricus Megelburgius, Christofera  
Vuis.



Vuirtembergicus, Philippus Heflus, Carolus  
Badensis, Georgius Ernestus Hennebergius,  
reliqui misere cōsiliarios. Ioachimus El. le-  
gauerat sibi Georgium Albertū Stolbergium. *Comes*  
Mense Maio legati Pontificis & ipsi huc se *Stolber-*  
conferunt, et quandoquidem singulos et vni- *gensis*  
uersos admissi ad concilium, facta legationis *legatus*  
fide, vocarent, communi ipsis nomine re- *El.*  
sponsum fuit, neq; cum Pontifice, neq; cōcilio  
quidquam commune habere, quiescerent igi-  
tur, neq; in posterum compellatione mole-  
stissima occupatissimis molestiam crearent.  
Augustanæ verò Confessionis exemplaria *Principia*  
cum diligenter facta collatione examinaren- *pes sub-*  
tur, tandem omnium consensu atq; voluntate *scribunt*  
approbata est illa sola, quæ anno XXX. Im-  
peratori atq; ordinib. Augustæ oblata fuisset, *Cōfessi-*  
quàm denuò superscripserunt singuli. Ediderāt *oni Aug.*  
etiā superiore anno Iohānes Fridericus Sa- *anni 30.*  
xo, eiusq; fratres Iohannes Vuilhelmus, &  
Iohānes Fridericus III. confutationē errorū  
in doctrina Ecclesiæ, eorumq; damnationes  
publicauerant. Palatinus autem Elector istas  
omnino damnationes aboleri cum Philip-  
po Landgrauio petebat. Ioachimus vero  
El. per Stolbergium ad eum se declarabat  
modum, vt perspicuitatem maiorē in multis *Ioachimū*  
desideraret, quæ nihil à vestigijs atq; sensu *El. de*  
Augustanæ Confessionis recederet, expres- *cena Do-*  
samq; aliquam huius normæ formā concipi *mini seu*  
malebat, quod in Cœna Domini verum cor- *rentia.*  
pus & verus sanguis Christi, non solum spi-  
ritualiter, sed etiam corporaliter exhiberetur

atq;



*Augustana Conf.  
crebro  
mutatur*

*Qui sor-  
det sor-  
descat  
adhuc*

atq; distribueretur, impijs æquè atq; pijs Chri-  
stianis, & quidem iuxta Christi & dñi Pauli  
verba. Talem declarationem candidè & li-  
berè faciendam, neq; de commodis aut peri-  
culis cogitandum, quin potius simpliciter atq;  
directè a verbis & gloria Christi standū, ne in  
Cinglianismi suspicionem imprudenter in-  
currerent, & alienis peccatis cōmunicarent.  
Nuper Francofurti ad Manum, & alibi sub-  
inde Pontificios istud regere, singulis annis  
nouam Confessionem pandi, quam tamen  
Augustanam nominare non vererentur: tot  
confelsiones, quot Euangelia allegari, quarū  
sententiæ diuersimodè inter se pugnarent.  
Hoc sibi præter omnem expectationem eue-  
nire, ideoq; existimare, maiore cura malum  
hoc esse auertendum, nisi offensionem DEI  
grauissimam sustinere vellent. Si qui verò di-  
uersum sentirent, dandum hoc illis, siquidem  
medicinam saniozem ferre derectarent, vt  
sensu abundarent suo: Si dissidia inde nasce-  
rentur, non esse nouum & inauditum, sed à  
prima inde Ecclesia sic agi, & quamuis forsan  
hoc dissidium cum scandalo plurimorum &  
omnium molestia bonorum, aliquorum etiā  
pernitie coniunctum videretur, opi tamen  
gratiæq; diuinæ confidendum, qui Ecclesiæ  
suæ rebus rectius, quàm humanæ cogitatio-  
nes caperent, prouisurus esset. Pari ratione  
Georgio Cracouio qui ab Augusto Saxone  
legatus Berlinum venerat, responsum fuit,  
Iohannes etiam Brandeburgicus per Adria-  
num Albinū Cancellarium diligenter mo-  
nebat



nebat principes, qui Numburgi conuenerat, ut doctrina religionis contra Sacramentarios acuratè præmuniretur, hac quoque expressè inserta clausula, tam impios quam pios verum corpus & verum sanguinem Christi in legitimo Sacramenti usu accipere. Quod si in generali tantum formula acquiescerent, absque euidente hypotheseos mentione, protestari, se in nullam sectam, Cōfessionem Augustanæ aduersantem, siue illa Cinglij, siue Caluini, aut quocumque alio titulo censeretur, consentire, certumque sibi fore, in ea sententiâ ad extremum usque vitæ finem perstare. Petere etiâ, ut Smalcaldicorum articulorum ratio haberetur. Denique hoc afferre consiliū, ut peculiari appendice plenius omnia explicarentur, ne peccatum alienum approbasse, aut ad istorum sententiâ accessisse viderentur. Hæc ille in cōuentu publico. Domi autem diligenter cauebat, ne quis error diuinam maiestatem offensam teneret, qui dum altius, quam ferret humana cōditio, caput exerens, in Ecclesiâ prodigiosas opiniones introduceret, unde infinita dissidia & diuinationes existere necesse esset. Nec quidem tale hominum genus, quod Caluinianum hodie vocant, & latè regnat, pedem in suis prouincijs figere passus est. Quin imò ad exemplum Saxonie inferioris edictum publicum proponens, ei aqua atque igne interdixit, ministris Ecclesiarum ab illius farinae libris in vniuersum abstinere iussis. Sub finem huius conuentus, principes ad Cæsarem perscribunt, quid ibi sit actum, & protestantur, se DEI beneficio in

*Iohannis  
Br. de  
cena Do  
mini sen  
tentia.*

*Smalcala  
dici arti  
culi.*

*Cōsiliū  
Iohannis  
Br.*

*Caluini  
ani in  
Marchia  
receptū  
nullum  
habent.*

*Edictum  
pub. Ioh  
bian. Br.*



*Littera  
principum ad  
Imp.*

*Hardenbergius  
urbat  
rempub.  
Bremen-  
sem.*

*Cōuentus  
ordinum  
inferio-  
ris Saxo-  
niae.*

ta confessione, quae ex immotis sacrae sc̄pta-  
pturae, propheticae & Apostolicae, funda-  
mentis Carolo V. Imp. anno XXX. in co-  
mitijs Augustanis exhibita sit, constanter  
perseueraturos, facturosq; ut ad illius nor-  
mam Ecclesiae constituentur atq; curentur  
neq; ulli opinioni, cum ea pugnant, locum  
daturus: Huic se cōfessionis manu cordeq; de-  
nuò subscripsisse, neq; quidquam subesse cau-  
sa, quare aduersarij tam acerbis conuicijs dis-  
sensiones infinitas odiosè obijcerent. Hunc  
conuentum excipiebant dissensiones & tur-  
bae tribunitiae clarissimae urbis Bremensis, quae  
inter primas Sax. inferioris ciuitates Euan-  
gelij doctrinam amplexata fuerat, & prima-  
terè ad Calvinianos transiit, auctore Alber-  
to Hardenbergio, sumpsitq; malū istud tan-  
tas vires, ut Archiepiscopi illius urbis auxi-  
lium imploraretur. Et si autem is diligenter  
moneret, ut ab instituto desisteret, nihil tamē  
profecit. Qua ille pertinacia motus, rem to-  
tam ad principes & ordines inferioris Sax-  
oniae deuoluit. Qui hoc anno Brunsvigae  
mense Iunio conueniunt, eò Sigismundus  
Brandenburgicus praesul Magdeburgicus le-  
gatum Trautenbulium Cancell. misit. Actū  
& hīc est, ut antea saepius, cum Hardēbergio,  
quem, cum in viam reuocari se non patere-  
tur, grauis censura atq; edictum principum  
atq; ordinum, non ex urbe Bremensi solū,  
sed toto etiam Inferioris Saxoniae orbe exe-  
git. Ita expulsus non multò post Apoplexia  
correptus obiit: In hac tristi ciuitatis forma  
cum



cum magna Senatus pars metu seditionis vr-  
be excederet, quidam etiam propter sinceræ  
religionis studium, Daniele Burenio in pri-  
mis administro, magistratu mouerentur, de  
iniuria conquestum Pragam ad Cæsarem  
iuere, qui Augusto Saxoni & Ioachimo  
Brandenburgico Electoribus istud negotij de-  
dit, vt viderent, ne quid detrimenti respub.  
illa caperet, dissidiaq; in infinitum grassaren-  
tur. Verum, sicut facilis est amiciciarum in  
inimicicias deflexus, ita inimiciciarum in  
amiciciam transitus perdifficilis esse consue-  
uit, raroq; amor, quem semel contumeliosè  
fastiduit, sinceræ caritatis stipendijs prose-  
quitur. Itaq; actio illa frustra ad id tempus  
instituta effectum nullum efficacem habuit.  
Varia hac tempestate iactabantur de Luthero  
atq; Philippo Melanthonè, quam ob causam,  
sicut nuper in superiore Saxonia factum fue-  
rat, ita principes atq; Ordines Inferioris Sa-  
xonie Luneburgi conuentum habuerunt.  
Creditum autè fuit de Luthero, triviale atq;  
Epidemium esse mendacium, quod in Cin-  
gliautorum sententiam cõcessisset, sed nec de  
Philippo fides omninò fiebat, cuiusetsi literę  
ad Calvinũ et alios aliud arguerent, manuscri-  
ptum tamen de agitato certamine, paucissi-  
mis ante obitũ diebus, mense Aprili præteriti  
anni Georgio Maiori petenti, cõmunicatum,  
piorũ p Marchiã recreauit animos. Quod tale  
erat: Verum corpus & verus sanguis Christi  
exhibetur in pane & poculo. Quæstio oritur,  
quomodo Christus possit esse corporaliter in  
Sacra-

*Cõmissa  
rj Impo  
Augusto  
& Ioa-  
chimus  
El.*

*De Lu-  
thero &  
Philippo  
fama  
metitor*



*Manu* Sacramento, cum idem corpus non possit esse  
*scriptum* in diuersis locis? Respondeo, Christus dixit  
*Philippi* se affuturum, Ergo verè adest in Sacramento.  
*de Cæna* & corporaliter, nec quaerenda est alia ratio.  
*Domini* Verbum ita sonat, Ergo necesse est ita fieri.  
*& Per-* Quod verò ad corpus attinet, Christus quan-  
*sona* do vult, potest esse, vbicunq; vult, quare alia  
*Christi.* iam est sui corporis & nostri ratio. De vbi-  
*Vbiqui-* quitate non est disputandū in hac controuer-  
*tas Phi-* sia, scholastici nō dicunt de hac vbiquitate, sed  
*lippi.* recitant simplicem sententiam de corporali  
 præsentia Christi. Deitas neq; corpus neq;  
 sanguinem habet, & est coniuncta humanitati  
 Christi, & est vbicq; humanitas Christi con-  
 iuncta diuinitati. Et sunt Deitas & humani-  
 tas in Christo inseparabiles. Ergo Christi  
 corpus & Sanguis in Sacramento eiusq;  
 actione sunt vbicq; iuxta verbū, Hoc est  
 corpus meum, hic est sanguis meus,  
 Et: Ero vobiscum vsq; ad  
 consumationem  
 seculi.





NICOLAI LEVTINGERI.

DE MARCHIA  
BRANDENBURGENSI  
EIVSQVE STATV IOACHIMO

I. ET IOACHIMO II. Prr. Ell.

Commentariorum

Partis Quartæ.

LIBER TERTIVS.



In his dissidijs nec Academia  
Francofordiana ab intestina  
discordia, quæ eam grauite  
exercuit, & vulnus pænè im-  
medicabile scholæ infixit, ali-  
ena tuit. Contentione enim difficillima in-  
ter Andrea Musculum & Abdiã Prætorium  
orra, de libertate Christiana, de noua obedi-  
tia, & bonorum operum necessitate, pugna-  
tum est acriter classicis scriptis ab utraq; parte  
prouocante ad Electorem & reliquos prin-  
cipes Brandeburgicos. Administrabat hoc  
tempore Iohãnes Georgius nomine Ioachi-  
mi Friderici Episcoparũ Lebusianum, ad quẽ  
Cancellarij munus in Academia illa pertine-  
bat. Is pia adductus solitudine Academia  
sui officij per literas seriò commonefaciens,  
ad piam concordiam hortabatur, & salutem  
eius sibi curæ esse non obscure sermone & le-  
gatis significabat. Quin etiam rem agens sea-  
tiam institutis colloquijs interfuit, attentèq;

*Dissidia  
um in  
Acade-  
mia Frã-  
coford.*

*Ioach:  
Frid. A.  
cademia  
Franc.  
Cancelo*

H

quæ



LXI:

*Fructus  
dissidio-  
rum.*

*Abdias,  
Prætori-  
us.*

*Biblio-  
theca Sa-  
binii.*

quæ ad eruendam veritatem facerent, explo-  
ratis aliorum Orthodoxorū iudicijs, exami-  
navit. Schisma hoc perniciosum illum tan-  
dem habuit exitum, ut turbata Academia, ex-  
acerbatisq; docētium atq; discēntium animis  
vastitas scholæ sequeretur, cum iam pridem  
illa Georgij Sabinii, Iodoci Vuillichij, Hiero-  
nymi Schurfii, Christoferi Corneri, Ludolphi  
Schraderi, & aliorum summorum virorum,  
quorum illa semper fecundissima fuit, opera  
potissimum florere cepisset. Abdias in aulam  
evocatus, legati munus ad Polonū vicinosq;  
Reges obiit, quod posteaquam aliquoties  
felicissimè, erat enim sex linguarum peritissi-  
mus, peregrisset, petraeus aularū, quas Tra-  
gædiarum libris comparabat, qui foris auro  
atq; purpura ornati intus dolorum pleni  
sexcentas miserias continerent, ocium scho-  
lasticum Palatij molestijs præterens, ad Aca-  
demiā Vitebergensem rediit, in qua agri-  
tudine cōtracta, cum videret aliud agi, quam  
sperauerat, & pleriq; sibi promittebant, pri-  
uatus, anno M. D. LXXII. placidè exspiravit,  
cum propè biennium antè, diem & ho-  
ram mortis, ex quodam somnio ab Electo-  
re, ut videbatur, & alijs præfagijs monitus  
præsciussset. Huius bibliotheca, quod esset ex  
Sabiniana comparata, plurimum nostro ne-  
gocio profuisset, nisi ab hæredibus miserè  
dissipata, vnà secum tot documenta in inte-  
ritum traxisset. Patria Soltquellensis, hu-  
mili atq; obscuro genere natus, quod tamen  
ad summum claritatis lumen & famam, glo-  
rias



illa quaestu opulentissimam, virtute & ingenij monumentis perduxit. Carissimus Sabinus, cuius filiam matrimonio sibi coniunxit, Electore nuptias cohonestante, a quo demum in numerum equitum auratorum cum Lamperto Distelmeiero, Alberto Tuhemio, & alijs cooptatus fuit. Is XXVII. die Iulij scripto de bonis operibus edit confessionem, dicitq; sententiam suam esse sacrae scripturae conformem, quam qui neget, cum verbi diuini partem negare. Discernendam hanc doctrinam a reliquis penitentiae partibus, contritione atq; fide, sicut alicui ab illis sua natura differat: Seperandam ab articulo Iustificationis, ita vt segregetur a materia de causis iustificationis: Fidem esse instrumentalem causam iustificationis, qua apprehendatur & acceptetur promissio, & in promissione delictorum venia. Itaq; intra certos terminos eam vocandam continendamq; vt rem, quae necessario iustitiam fidei consequatur. Tandem in explanatione vel tractatione eius perpetuo ad vsitatam normam, congruentem cum sacra scriptura, Confessione Augustana, eiusq; Apologia, cum scriptis Lutheri, Philippi, & aliorum Orthodoxorum esse respiciendum. Ineunte aestate noua Marchia nouis turbis obnoxia metum afferebat, ne in grauius bellum erumperent. Extendit illa fines suos late ad Cassubiam vsq;: Tribus a Landeeco miliaribus occasam versus fluitus est Radeuicius, qui intersecans pagum

*Eques*

*auratus*

*Confessio*

*Abdia*

*Pratorij*

*de bonis*

*operibus*



*Tumul.  
Abellici  
in Neo  
March.*

*Dissidi-  
um Polo-  
norum  
& Mara-  
chicorū.*

eiusdem nominis determinat Borussia a  
Marchia qui cis Pontem iurisdictionis sunt  
Brandenburgicae, qui vero e regione incolunt  
Poloniae Regis agnoscunt imperium. Distat  
hinc itinere unius diei arx Chorona cum  
oppido Chronio, ad quam pagus pro captu  
Polonorum frequens, cuius ager contermi-  
nus est Radevitio, pertinet. De eo cum latius  
protendatur, controuersia fuit multorum an-  
norum inter Marchicos, atq; Polonos, his &  
illis pari sibi illam studio iureq; vendicantib.  
illi quidem excolere atq; serere soliti, hi vero  
fruges, nec dum maturitate suam consecutas  
proterere atq; proculcare, ne quis earum usus  
esset, laborq; & spes fructuum periret. Id ter-  
tio quoq; anno pro ratione agrorum ferme  
factum. Saepè de eo apud Lucam Gorcanum  
palatinum Posnaniensem Poloni erant con-  
questi, aliquot hanc ob causam instituti con-  
uentus, interposita missis ab utraq; parte, le-  
gatis actiones prolixae, quae omnia irrita suc-  
cessu suo caruere, neq; tamen his vel illis ce-  
dere quidquam vel animi vel voluntatis subea-  
rat. Itaq; vetus seruantes institutum, appere-  
te huius anni vere, cotrouersos campos ma-  
gna licentia vsurpantes ad usum suum proter-  
uè atq; minaciter rapiebant, vim quoq; si  
prohiberentur, parantes, quo consilio sclopet-  
torum tormentorumq; bellicorum & aliorū  
armorum, copiam subministrante Dantisco,  
frequentiam in domos inuexerant. Cogno-  
uerat hoc per inditium Melchior Crausius  
praefectus Falkenburgensis, minas Polo-  
norum



morum non leuiter aestimās. Sæpè enim ex le-  
ui occasione ingens bellum natum, pernitiem  
extremam vniuersæ genti attraxit. Habet  
hoc singulare gens Polonorum, vt facili æquè  
momento atq; motu impellatur, & in iram  
vehementiorem prona, offensionem nō tam  
facto efficaci quàm animo incitato concipiat  
quàm non simulando vel dissimulando calli-  
dè regit, sed æstuante lingua cōuicij, manuq;  
atq; vultu cædes adeoq; internecionem spirā-  
te, non sine infano ululatu atq; fastu incredi-  
bili in absentes, vel imbelles, quorum oppri-  
mendi fiduciam habet, in primis si Bachus ac-  
cedat, & clausium canter, insultando præte-  
ritæ calamitati, si quàm fortè intulit, extenu-  
andisq; aliorum temerè viribus contumelios-  
ius procaciusq; effundit. Iniquissima semper  
Germanis, quorum res gestas virtutesq; ele-  
nare, & in exiguo discrimine ponere, vel pu-  
blicis monumentis falsitati manifestè affini-  
bus, familiare ipsis est. Est enim hoc inuidiæ  
propriū, cūm aliter nocere nō possit, præstan-  
tiorib; maledicere. Ex suo igitur ingenio atq;  
animo vires Germanorum metientes, nō mi-  
nus stultè quàm iniustè, nescio quid cum vio-  
lenta iniuria coniunctum, mirabantur. De  
quo Crausius quàm primūm ad Iohannem  
principem retulit. Qui etsi Sigismundi Au-  
gusti affinis atq; Regis humanitatem bene-  
uolentiamq; in se satis haberet multis docu-  
mentis cognitam, ipsumq; in Marchiam ni-  
hil hostile facturum iudicaret, nosset etiā Po-  
lonici populi spiritus, ne tamen, casu inopi-

*Polono-  
rum gen-  
tis natu-  
ra.*

*Poloni  
oderunt  
Germanos.*

H 3 nato



*Iohannis  
Pr. eru-  
ptio.*

*Melchior  
Crausius  
in-  
vadit Po-  
loniam.*

*Castella-  
nus diri-  
pit Rade-  
viciam.*

nato oppressus, quoddam patriæ dedecus at-  
traheret, maioribus agendū viribus arbitra-  
tus, præfecto dabat negotium, vt Falkenbergios, & qui pagatim in illa præfectura habi-  
tarent, ad arma vocaret, certis ex horum nu-  
mero secretis, qui instrumenta rusticana ad-  
messim faciendam accommodata portarent,  
quibus equites aliquot præsidij loco addidit.  
Crausius mira celans omnia taciturnitate,  
silentio eos contrahit, quid fieri oporteat,  
nomine principis edicit, & sine mora pro-  
gressus irruptione concitata in agrum con-  
trouersum impetum facit, quæ sunt obuia  
conculcat, prosternit, solo adæquat, nihil  
faciens reliquum, quod vsum in vita cōmuni  
habeat, sine cuiusquam tamen alterius iniu-  
ria. magna autem Polonorum molestia, qui  
mericulosi extra domos elapsi, quò quæq; vel  
metus vel fiducia ferret, periculo se præsen-  
ti subtraxere. Præceperat autem Crausius su-  
is, ne, si vis nulla intentaretur, fines Marchiæ  
transirent armati, vel Polonis vllam in par-  
te regni molestiam crearent. Videbaturq; res  
omnis adhuc salua cum Rege atq; regno.  
Interim Castellanus, qui in arce Chorona  
præsidebat, in præcipitem delatus iracundi-  
am, non ad Regem perscribens, eius man-  
datum expectabat, nec Gorcano, in cuius  
erat Palatinatu significans, præsidium eius  
expetebat, sed fastu indignationeq; inflatus  
sola adductus potentia Regis, sine præeunte  
consilio, magna temeritate in fines Marchiæ  
excurrebat prædabundus, opprimens pa-  
lantes.



lantes, insectans fugientes, expugnando  
uillam pratoris pagi Radeuitij, animum  
suum hostilem manifesto sauitiae exemplo  
prodebat, diro deinde clamore, qualis tru-  
culentium victorum in bello solet esse, om-  
nia complens, multa in nomen Marchio-  
num proacaciter expuebat conuicia, haud fe-  
renda honesto, nedum regio genere natis,  
plures congerebat in praefectum contume-  
lias, nil nisi tragicum exitiosumque spirans,  
ad male faciendi voluntate factum ipsum ag-  
gregatae crudelitati violenter astruebat. Valens  
enim scelera impetu, qui dum adhuc in fron-  
te calescit, nihil non audet, sed ubi pau-  
latim spiritus remittentes sensimque eua-  
nescentes frigere ceperunt, euestigio error  
cognitus panitudinem seram temeritati  
confidenti inducit. Erat tum forte prin-  
ceps in arce Besouiana ad Sueuum, consili-  
aque sua conferebat cum legatis Brunsvicensi-  
bus quod similtas quaedam cum Electore fra-  
tre, esque non leuis intercesserat, nataque  
offensiones non exiguum Marchiae timo-  
rem iucutiebant. Trahunt enim discor-  
diae fratrum incommoda longe grauiora,  
quam alias in alijs solent. & si accessio-  
nes suas habeant, exitium praesentissimum  
accelerant: Quanto vero sublimius eunt,  
eo nocentius vires suas sine modo exerunt.  
Nihil enim tantopere noxam affert, atque  
is, qui ex amico inimicus redditur. Hic  
ubi princeps de Castellani facto comperit,  
satis sibi arbitratus causae praebitum, cur licentius

H ↑ ageret

*Simul  
tas inter  
Ioach. et  
Iohan.  
fratres.*



*Securi-  
tas sem-  
per noi-  
sua.*

*Expedi-  
tio Mar-  
chicorū  
in Polo-  
niam.*

ageret, ratusq; non difficile futurum. Castelo  
lanum incautum in potestatem suam pertra-  
here, quod despiciendo vires Marthæ, cōsiliis  
opibus regni, nequaquam sibi persuaderet.  
Brandenburgicum aperta vi quidquā in se au-  
surum. Itaq; vt securitatem sibi maiorem pro-  
mitteret, eam magis magisque alendam confir-  
mandamq; existimauit. Securitas enim erro-  
rum atq; delictorum administra, nisi oportue-  
ne vel prudentia vel fortuna subueniat, quem  
semel sub fisco læticię spetis blando mellitoq;  
ore cepit, non, nisi in barathrum profundit-  
simum malorū in extricabilium præcipita-  
tum dimittit. Præmissa igitur deliberatione  
acurata moram interuenire passus, simulat  
legatos se ad Sigismundum Augustum Regē  
de iniurijs conquestū mittere. Francisco au-  
tem Neumanno præfecto prouinciali Super-  
rioris Neomarchiæ mandat, vt Arensual-  
denses, Drageburgenses, Schiuelbeinenses,  
Retzenses, Falkenburgenses, atq; Calificenses,  
cum expedito quoq; ex paganis & nobilita-  
te in illo tractu cogat, milites simul veteranos  
ex præsidio Custrinensi huc ire iubet, vt re-  
liquis præfint atq; ordines ducant. Neuman-  
nus imperiū secutus, ōnia sub fide silentij sum-  
ma diligentia administrat, & Calendas Sep-  
tembris nominat, ad quas frequenter sub oc-  
casum Solis cōueniāt, locumq; in vicina Fal-  
kenburgo silua designat, summæ autem rerū  
Melchiorum Crausium præficit, quod in ipso  
singularis rerum expediendarū solertia esset,  
& locorum præterea noticiam optimam ha-  
beret.



beret. Tam noctem illam totam in faciendo  
itum consumperant, cum sub prodeuntem au-  
roram, arcem atque oppidum in conspectum  
habuere. Antequam vero cum vniuersis co-  
pulis moueret, in orationem loco atque tem-  
pori conuenientem ingressus, paucis monuit  
Crausius ex equo, qua de causa in fines Polo-  
niae armari principis mandato duceretur. Ca-  
stellani deinde iniurias, contumeliasque &  
minas exposuit, cuncta in scio Rege, propria  
auctoritate, fastu non ferendo contemptuque  
in nomen Germanorum fecisse. Recensuit  
quot modis princeps ab isto esset laesus, Mar-  
chiaque in ludibrium deuocata. Nisi his debi-  
ta seueritate contraheretur malis, alios sibi li-  
centiam sumpturos consimilia vel etiam  
atrociora cum pernitie reipub. Marchiae  
patrandi. Vnum Castellanium, auctorem esse  
horum omnium, hunc peterent vnum, quem  
si in potestatem suam pertraxissent, suo of-  
ficio perfunctos iri. Istum documentum fu-  
turum alijs, ne similia attentarent, Quod si  
elaberetur, vel a ciuibus defenderetur, ab illo  
vim omnem in Choronaos verterent, op-  
pidum & arcem incenderent, cuncta diripe-  
rent, interfectisque obujs ciuitatem solo adae-  
quarent: reliqua victori in praedam concessu-  
ra. Quid praeterea fieri vellent, suo se loco si-  
gnificaturum, in praesentiarum continuato  
cursu citati, quantum nixu, quantum pedibus  
possent, arcem inuaderent. Erat illa nul-  
lo egregio opere vel insignis vel munita, for-  
mae simplicioris, natura tamen loci facile

*Oratio  
praefecta  
ad Mars  
chicos.*

*Causa ex  
peditione  
nis.*

*Arx Cho-  
ronae.*

H s imma



*Crausii  
soleria.*

Imminentis aditum præcludebat. Intra paludes enim lacusque piscatorios sita difficilem sui copiam facere videbatur. Sed nihil est tam arduum, quò non virtus vel per se, vel astructa perspicaci circumspectaque diligentia penetraret, in primis si fortuna, quæ ut plurimum his dominatur, comes assistat. Iam præmissi erant, qui exeuntes arce obseruarent, atque carperent, portasque interceptas tuerentur, eò usque, donec subsidium opportunè mitteretur. Adhuc somnus securos planè, & in prospero successu latos oppresserat, & quia summo mane armenta in agros agebantur, istud quoque oportunitatem rebus gerendis afferebat. Itaque à specularore signo dato ex lateribus surgentes, vno impetu in pontem irruunt antesignani, quos conspiciens portæ custos, rupto ponte, clausisque portis Castellani excitat. Ciues etiam, qui periculo proximi erant, hostium aduentum senserant. Plena erant omnia tumultu, audiebanturque dissoni clamores querentium atque plorantium, pro ut cuique vel dolor vel animus suggererat. Interim Crausius ad arcem mouet, simul partem copiarum ad oppidum ducit, militemque inter oppidum atque arcem interponit, ut quibus Castellano ferendi auxilium, vel consilia comunicandi materia adimeretur. Sæpè enim hostis vel exiguus plurimum incommodat, si fuerit contemptus. Maturandū igitur ratus, antequam ex terrore insperato respirarent, ne receptis animis fortius postmodum agentes maiore clade victo-

cia



eiā constaret, vel rebus infectis cum pudore  
discedendū foret. Multum enim celeritas in  
bello apud securos potest. Oppidani suū peri- *Oppida-*  
culū intelligentes, neq; deliberationē amplio- *ni sese*  
rem neq; moram interiū ciebāt, sed sine armis *dedunt*  
egressi supliciter manus ad præfectū tende- *sine com-*  
bāt, voce atq; vultu significantes, in potestate *ditione.*  
eius se futuros, precantes ne extrema experiri  
cogerentur. Verbis facta addunt: Consul vno  
atq; altero sclopeto in vestibulū arcis eiaculato  
restabatur, cuius causā Castellani nequaquā  
probare, eumq; pro hoste reipub. habere. Lu-  
eret ipse suo malo, qui malū inferre alijs stulta  
temeritate non dubitasset. Missi deinde com-  
muni nomine legati, qui deditiōnem oppidi  
facerent, & in verba principis iurarent, seq; et  
omnia ipsi permitterent. Cogit sæpē extre-  
ma necessitas, quæ rebus florentibus ne quidē  
in mentem veniunt. Non sunt accepti in fi-  
dem, hoc tantum ab ipsis postulatum est, ne  
sua consilia vel auxilia Castellano ferunda ope *Responsa*  
aggregarent. Habituros eā ratione pacē atq; *Crausii*  
securitatem, quāuis satis constaret, illos ho- *ad petita*  
stili incurfioni in fines Marchiæ interfuisse, *oppida-*  
nec seriō pacem petere, sed seruire tempori *norum;*  
atq; loco, ne cum Castellano perditum  
irent. Sed principem acquiescere ipsorum  
excusationi, factumq; Castellano potius,  
quā ipsis ascribere. Coactionē enim potesta-  
tis sæpē plus posse, quā p̄pensā voluntatem.  
Si verò alia cuderēt, ea in illorū caput atq; per-  
nitiē redundatura. Sic enim ex ōni parte pa-  
ratum esse, vt effugiendi facultas nulla esset  
*relictā*



relicta. Si venirent in arbitrium victoris, postea nullam fore spem veniæ, cuncta obnoxia exitio extremo futura. Esse principis sui mandatum, si ad vim spectarent, ut nulli parcerent, caesisque qui arma ferre possent, oppidum solo adæquarent. Beneficium hoc esse principis clementissimi, quod adhuc vitam agerent, quod civitas esset incolumis atque integra, nequaquam ipsorum merito. Ad quam rem si studiis tranquillitatis publicæ serijs aliquid adiumenti afferrent, sibi ipsis rectius prospecturos. Proinde quiescerent, suisque rationem haberent, & pacem serio colerent, neque Marchiæ posthac vel principi eius molestiam amplius crearent. Illum enim, qui aliorum oia turbaret, nihil aliud agere, quam quod sibi negotium faceretur. Castellanus ubi vidit, in quem statum res suæ deuenissent,

*Castellanus viriliter repugnat.*

se anima præsentiore agens, portas obseravit, claustra sepsit impedimentis, tormentaque bellica in hostem impulit, non tam ut obsidibus metum inijceret, quam oppidanis de superijs sibi ferendis signum daret. & occasionem effugiendi captaret. Postquam vidit omnia esse desperata, desertum se a suis, adeoque proditum, nullum esse elabendi locum, inui-

*Castellanus sese dedit in potestatem Joh. Br.*

tus plane reluctansque, mærens atque gemens, bene castigatus bombardæ ictu ab eo, cuius domicilium destruxerat, cum familia sese dedit precatus, ne vim sibi facerent, custodiasque nobili dignas ponerent, futurum se in potestate principis, quodcumque is de se statueret, æquo animo passurum. Solus scriba, obsidij



obsidionem praesentens, navi piscatoria hos-  
tem fugiendo elusit. Capto Castellano ar-  
cem adorti, cum ex lignea potissimum mate-  
ria constaret, securitus fundamentum eius  
euerterunt, ita ut ex parte praecipuus iret, ex par-  
te ruinam minitaretur, direptis quae usui ho-  
minum opportuna essent. Oppidum deinde  
sine cuiusquam iniuria ingressi, inuitatimque  
a ciuibus, amice per domos, et hospitaliter tra-  
ctati, ante Solis Occasum manibus excesserunt.  
Castellanum verò curru imponitum vili-  
ori, datisque custodibus Falkenburgum pertra-  
xerunt in arce asservandum. Haec ut gesta erant,  
Gorcanus ad Sigismundum Augustum mature  
perscribit, qui ex pluribus idem edoctus, gra-  
uius subesse periculum autumans, mandat ip-  
si ut habito delectu in Palatinatu suo, qui ar-  
ma ferre possent, contrahat, simul quingen-  
tos Tartaros mittit, qui per praesidia in finibus  
distributi prouiderent, ne regnum cladem ali-  
quam acciperet. Persuasum est Polonis, Tar-  
taricum nomen omnibus esse formidabile.  
Sunt enim natura bellicosi, truculenti, atque  
feroces, ad fundendum hauriendumque sangui-  
nem proni, in armis exercitati, inferendis  
vitandisque ictibus telorum egregij, tam fugi-  
endo quam contra cundo insequendoque victo-  
res ut plurimum, ubicunque imperum faciunt,  
enormia saevitiae exempla statuunt, quibus  
alijs terrorem metumque iniungunt. His auspicijs  
Poloniam totam vastarunt, Vngariam popu-  
lati sunt, Silesiam inualerunt tanto successu,  
ut editos tumulos ex cranjs intersectorum

*Polono-  
rum in  
Palati-  
natu Pos-  
nanien-  
si dele-  
ctus.*

*Tartari  
sunt for-  
midabilis  
Poloni-  
nis.*

non



*Tartari  
fermè  
victores*

*Falken=  
burgi si-  
tus.*

*Legatio  
Sigismū*

non procul à Lignitio, colles ex corporibus  
cursorum construerent, utresq; atq; saccos  
auribus implerent, tantumq; incuterent for-  
midinem vniuersæ Germaniæ, quantã antea  
vix vnquam perceperat. Ex quo tempore Po-  
lonis grauis esse ceperunt Tartari, quos vix  
sustinent hostes, socios verò ad difficillima  
bella in maximis victorijs reportandis cupi-  
de experunt. Intexim Iohannes Brande-  
burgicus edictum proponit publicum, vt  
nobilitas æquè atq; ciues in armis essent, mi-  
litem quoq; gregarium confectibit, & Falken-  
burgo imponit. Etant Poloni in omnẽ oc-  
cassonem intenti, si facto impetu oppidum  
in suam redigere potestatem, & Castellatum  
carceri inclusum liberũ præstare, labẽq; genti  
Polonorum aspersionem vel vicisci, vel pari Ger-  
manorum clade delere possent. Crebros itaq;  
speculatores emittebant, qui nunc soli, nunc  
cum alijs ciuitum res inipicerent, simulq; peri-  
tiam regionis acquirerent. Situm est Falken-  
burgum in planitie procliu ad editos mon-  
tes, ex quibus longè lateq; prospectus patet,  
oppidum vallo, fossis & muro mediocriter  
munitum, vim hostilem diu sustinere non  
potuisset, prata camposq; interluit Dragus  
amnis magna ex parte mœnia circumeundis  
amplectens. Nondum ad apertam vim des-  
censum erat, utrisq; pugnam atq; bellum stu-  
diosè declinantibus, cum Sigismundus Au-  
gustus Rex Custrinum ad Iohannem Bran-  
denburgicum legatos mittit ex postulatum  
de facta vi atq; iniuria, sibi, regno, atq; no-  
mini



mini Polonorum. Non rectè ipsum fecisse, *di Augus*  
qui inscio Rege in fines regni hostiliter ex- *sti ad lo*  
turrisset: clientem atq; subditum suum fide- *hannens*  
litatis sibi iuramento obnoxium ad terros *Pr.*  
carceres rapuisset: Præterea Arcē, quæ esset *Pr.*  
Impetū Polonici in contemptū Regis expu-  
gnasse: Abegisse prædam: Violasse fædus  
antiquum, quod sibi cum Brandenburgicis  
intercederet: Rupisse tot annorum amici-  
ciam: labefactasse affinitatis ius: turbasse  
reipub. statum. Postulat igitur, ut captivum  
dimittat, & omnia in integrum restituat, deq;  
vi atq; iniuria illata sibi æquis conditionibus  
satisfaciat. Si renuat, bellum indicit. Addit  
& hoc, Falkenburgum cum præfectura ad  
regnum Polonorum iure feudi & superioris  
potestatis pertinere, & quia princeps læsæ  
maiestatis accusetur, reusq; sit factus perdu-  
ellionis, Falkenburgum ad fiscum regium,  
principe iure omni, quod habuisset hætenus,  
penitus excidente, reuocari. In primis vrget,  
Castellanum captiuitate exemptum libertati  
reddi. A quo si quid peccatum foret, debi- *Respon-*  
tam eius animaduersionem Regi, qui impe- *sium lo*  
randi puniendiq; ius habuisset, fuisse commit- *hannis*  
tendam, neq; etiam de æquitate illius quem- *Brandem*  
quam rectè vnquam conquestum. Princeps *burgici.*  
legatis benignè habitis in eam sententiã re-  
spondit, vt ostenderet, se Regis offensionẽ nõ  
leuiter æstimare, dolere autẽ cõprimis, rem eõ  
esse deuētã, quod cogeretur infesũ potius quã  
amicũ eius animum erga se experiri. Semper  
enim magnificè affinis beneuolentiã, quam  
ante hac multis modis cognitã atq; perspectã



habuisset. Orare etiam, ut eam erga se retine-  
ret semper, quam aluisset prius mentem. sar-  
ctam rectamq; nec falsis rumoribus inuidios  
se sparsis crederet, neq; se ab alijs incitari pa-  
teretur, adduciq; ut aliter de se sentiret, quam  
de principe amico. Non bellum parare, sed  
pacem serio affectare. Si quis tamen inferre  
arrentaret, quicumq; is esset, vim vi coacta  
necessario propulsandam. Regem recte face-  
re, quod prius causam cognosceret. De Fal-  
kenbugo se iam in medium relinquere. Quo  
nomine tenuisset hactenus, in posterum quoq;  
bona fide retenturum. Si quis id in suum vel  
alienum arbitrium pertrahere conuideretur,  
arma sibi non defutura, quibus se suaq; de-  
fenderet. Castellatum hostem suum carceri  
se plane coactum inclusisse, quod animum  
hostilem non vno facto atq; modo in se de-  
clarasset, minatus autem esset longe atrociora.  
Quod igitur in hanc calamitatem peruenisset,  
sua ipsius culpa fieri. Esse enim quemq; suae  
fortuna fabrum. Armata vero manu in Po-  
lonia fines irruptionem fecisse, ut redderet  
aequiualens Polonis. Illos enim prius longe  
infestiore impetu suum agrum depopulatos  
manifesto facto, sed malo exemplo in res atq;  
corpora suorum seuisse. Inuriam propul-  
sasse non intulisse: Vim profligasse, non te-  
nisse. Sibi enim non solum esse tuendos suos  
ratione officij, fidei, atq; conscientiae, verum  
etiam prouidendum, ne talis licentia in con-  
suetudinem abiret, vel alij consimile quid  
tristiore forsan euentu, latiore autem ipsis suc-  
cessu

*Causa  
quare Ca-  
stellanum  
oppugna-  
uerit.*



cessu tentaret. Nemini nocuisse, quamuis satis constaret, Choronzos sat sibi causæ dedisse, & priori interfuisse incursioni hostili in Marchiam. Vnum Castellanū auctorem atq; Ducem turbarum istarum petiuisse, ipsi parari retulisse. Cum Rege atq; nomine Polonorum amicitiam sibi permanere integram. Quod si Rex non acquiesceret suis rationibus, permittere se rem omnem arbitris delectis nationis Germanorum atq; Polonorum, qui de ea exactè cognoscerent. Bellum ab Rege affine atq; amico nequaquam expectare, quin ab eo omnem sibi beneuolentiam polliceri, quam ut retineret, in eo nihil reliqui facturū. Interea Castellanus, quod peccasset, suo malolueret, essetq; documentum alijs, ne idem in posterū attentarent: Si tamen daret, qui idoneè sponderent atq; cauerent, facturum se, quod Regi visum esset. Cum quo, sicut nihil sibi offensionum, quod quidem sciret, hætenus intercederet, ita posthac, officia quantacumq; à principe Germano proficisci possent, semper præstiturum. Inter has actiones Elector, qui gratia & auctoritate apud Regem, cuius sororem matrimonio sibi copulauerat, multum valebat, missis legato Regem placare et fratri reconciliare studebat, laborabat etiam sollicitè Georgius Dux Brigenfis in Silesia, qui cum Barbara Electoris filia coniugium contraxerat, sed negotium omne penitus transigi viuo Rege atq; principe non potuit. Castellanus autem tandè facta spon-  
sione, datisq; prædibus, nihil in principē vel

*Castellanus auctor turbarum.*

*Actiones cum Polonis.*

I

Mar.



Marchiam hostile unquam vel cogitaturum  
 vel per se aut per alios facturum. cum gratia  
 dimissus est. Mense Augusto Anna Mauriti  
 Saxonis filia nubit Vuilhelo principi Au-  
 riaci, Comiti Nassouio. Solennitatem nu-  
 ptiarum Lipsiæ peractam Elector cum splen-  
 dido comitatu cohonestauit. Patrem Iohan-  
 nes Georgius Brandenburgicus secutus, in  
 gratiam Augusti Saxonis virtute militari  
 equestre certamen instituit, cuius tamen glo-  
 riam Augusto non inuitus concecit. Cepit  
 tunc nobilis illa amicitia inter Augustū Sa-  
 xonem atq; Iohannem Georgium Brande-  
 burgicum, quæ succedentibus annis tot illu-  
 stribus exemplis atq; documētis mutui amo-  
 ris confirmata, celebrataq; per vniuersam  
 Germaniam, et regna vicina, III. die Decemb.  
 legati Ferdinandi Imp. Berlinum veniunt  
 ad Electorem, & de filio Maximiliano suc-  
 cessore in Imperio deligendo cōsiliū peti-  
 tione temperatum afferunt. Ad diem XVIII.  
 Ianuarij incoatur Tridenti concilium, cum  
 aliquantō ante Pius III. Pont. Rom. qui in-  
 dixerat, obiisset. Venerunt eō plurimi ex sa-  
 cro ordine, ex Brandenburgicis nemo adfuit.  
 Circa quod tempus impensis atq; liberalitate  
 Alberti Brandenburgici, in Borussia Ducis,  
 Biblia in Polonicam linguam transferuntur,  
 idēq; opus religiosum Vitæbergæ in ædibus,  
 quas vocant Parrochiales vulgō, absoluitur.  
 Conscriptæ etiam sunt Magdeburgi, Vuis-  
 mariæ, Lemæ, atq; alibi Centuriæ Ecclesiasti-  
 cæ, opus diuinum, nunquam satis laudatum.

*Nuptie  
 Vuilhel-  
 mi Nas-  
 souij.*

*Nobilis-  
 simum  
 par ami-  
 corum.*

LXII.  
*Conciliū  
 Triden-  
 tinum.*

*Biblia in  
 Poloni-  
 sam lin-  
 guam  
 versa.*

con-



continens statum Ecclesiae, adeoque totius rei  
pub. ab anno Christi nati, usque ad Carolum  
Magnum eiusque haeredes, per Africam, Asi-  
am, atque Europam, auctore imprimis Flacio  
Illyrico, Iohanne Vvigando, atque Musaeo.  
Magdeburgenses, etsi post obsidionem solu-  
tam pacis publicae per Imperium securitate  
fruerentur, absolutionem tamen solennem a  
proscriptione abolita, quamvis tantopere ob  
eam in omnibus comitijs sollicitarent, eò quod  
Carolus Imp. in Hispaniam concesserat, &  
alia multa impedimenta inciderebant, quae mo-  
ram insperatam interijciebant, impetrare non  
poterant. Cum autem ad Ferdinandum re-  
rum atque Imperij summa pervenisset, & de-  
creto Senatus atque tribunorum plebis, legati  
Pragam in Bohemiã Georgius Geritius Pro-  
contul, Franciscus Pfeilius reipub. consiliarius,  
& Henricus Marcellus Secretarius, communi  
nomine ire iussi sunt. Ex Senatus consilio quo-  
que a Sigismundo Brandeburgico Antistite  
petitum, ut hanc sibi causam habere commenda-  
tam modisque omnibus promovere non granaretur. Etsi  
autem civitas maxima ex parte ad huc in deten-  
sione fidei Augusti Sax. contineretur, nihilominus  
tamen, quod ad se quoque pertineret, de eo  
ad Electorem Brand. parentem retulit, profecitque  
ut literis commendatitijs aditum Magdebur-  
gensibus faciliorem ad imperatorem novum pa-  
raret. Ipse vero suo nomine illis comites le-  
gationis attribuit, Christoforum Mollendorpium,  
et Paulum Pratorium. Qui cum causam suam adueto ex-  
posuissent, in curiam aulae Senatoriae secretiorē,

*Centuriis  
Ecclesiarum  
Sica.*

*Legatio  
Magde-  
burgensium ad  
Ferdinandum Imp.*

*Ioach. Eb-  
er Sigis-  
mundus  
Praesul  
Magd.  
interces-  
sunt pro  
Magde-*

I a in



*Ferdinã  
di Imp.  
oratio ad  
Magd.*

*Diploma  
absoluti  
onis à  
proscrip  
tione.*

introduciti, vocatiq; sunt simul Magdeburgē  
ses, qui præmeditatam conceperant oratio  
nem, quam apud Imperatorem haberent. Sed  
Ferdinandus ipse tum æquitate causæ, tum  
principum intercessione motus, interpellās  
absq; prolixiore præfatione: Scitis, inquit,  
hanc vos causam diu exercuisse, & sanè si ius  
strictū persequi in animo constitutum esset,  
amplissima præbita fuisset materia, maiore  
seueritatis rigore in vos animaduertendi.  
Quia verò Elector Brandenburgicus, et Anti  
stes Magdeburgicus tanta sollicitudine vestrã  
agant causam, ad has rationes negotiū om  
ne deuenire passus sum, & vestram rem pub.  
omnesq; eius ciues, in meam et Imperij fidem  
receptos absoluo, liberostq; à proscriptione,  
aliorumq; omnium iniurijs violentibus, qui  
bus obnoxij eratis expositiq; pronūcio, om  
nemq; securitatem edico atq; præsto, Vestrum  
erit in posterum, ad exemplum reliquorum  
ordinum & ciuitatum Imperij, vestra consi  
lia & actiones maiore obsequendi studio  
conformare. Id si feceritis, mea quoq; vobis  
clementia non minus atq; reliquis perpetua  
& æqua constabit. Quod cum data fide in se  
recepissent, gratiasq; egissent paucis verbis,  
promittentes futuros se posthac semper in  
potestate Cæsaris atq; Imp. facturosq;, quod  
fideles ciues in omni officiorum debitorum  
genere deceret, porrecta dataq; manu diplo  
ma absolutionis illis communicauit. In eo  
ciuitatem Magdeburgensem vniuersam à  
proscriptione absoluit potestate Cæsarea, &  
in



in suam atq; Imperij gratiam recipit, data se-  
curitate corporis atq; bonorum omnium, in  
honores etiam talis priuilegijs, antea à Cæ-  
saribus concessis, sacra q; libertate hæctenus  
vsurpata, et dignitates pristinas, quas proscri-  
ptio sublata in discrimen alienumq; arbi-  
trium vocauerat, reponit, hac tamen conditi-  
one, vt capita pacificationis, quæ non expressè  
remissa sint, impleant, & in posterum seruent,  
& fidem obedientiamq; debitam Cæsari atq;  
Imperio præstent, se q; sistant omnibus, qui  
propter bella præterita habere se aliquid in  
eos iuris existiment. Præcipit tandè cunetis  
Imperij Ordinibus, vt pro ciuibus Imperij  
agnoscant, atq; habeant, nullo modo lædant,  
sed secundum huius normæ tenorem defen-  
dendos suscipiant, suisq; legibus, libertate, et  
priuilegijs viuere permittant sub pæna statuta.  
Ita tandè cura periculoq; ingenti vrbs Mag-  
deburgensis liberata, magnam sibi laudem  
& vniuersæ Germaniæ lucrifecit. Sed hac lo-  
licitudine ciuitas soluta, in aliud insperatum  
incidit malum, quod etsi priori par non erat,  
nisi tamen tempestiua interuenisset Senarus  
prudencia, ciuitatem maxima calamitate in-  
uoluisset. Vocauerant illi Tilemannum Hese-  
husium Theologum ad munus docendi in  
templo, quod Diuo Iohanni sacrum est, &  
aliquanto post inspectionem totius Ecclesiæ  
scholæq; deferunt. Orta autem dissensione ob  
uocationem Iohannis Vuigandi, propter  
scholasticas turbas, articulos Luneburgicos,  
& alia eius generis, res euentum illum habuit

*Nonæ  
turba  
Magde-  
burgi or-  
ta.*

*Tilemā-  
num Hese-  
husius.*



*Scriptū  
pub. Se-  
natus  
Magd.*

ut Heshusius cum aliquot Ecclesie mini-  
stris in exilium mitteretur, & ciues non pau-  
ci inde cum Martino Geritio Proconsule  
emigrarēt. Ab ea dimissione publicat Sena-  
tus scriptum, in quo facti sui rationem red-  
dit, seq̄ ad vltiores tractatus coram legiti-  
mo iudice offert, & has imprimis adducit  
causas, quod Heshusius benemeritos de Ec-  
clesia ministros Verbi DEI, & pace belloq̄  
in difficillimo ciuitatis statu probatissimos  
opprimere, & alios homines inquietos, in-  
tolerabiles, & suspectos intrudere: quod  
magistratum iure suo, quod commune cum  
alijs rebus pub. Imperij haberet, in consti-  
tuendis Ecclesie ministris priuare voluisset,  
quod potestatem clauium Ecclesie in abusum,  
ministerium etiam in contemptum deuocare,  
nouumq̄ Pontificatum atq̄ Tyrannidem  
Romanam introducere, & seditionem exci-  
tare inter ciues suos contra Senatum atten-  
tasset. Huic accusationi opponit Heshusius  
refutationē prolixā, et acerbē scriptā, docetq̄,  
quorū modis non sine graui iniuria sit læsus.  
Huic respōdet Senatus copiosē. Et quia Hes-  
husius Franciscum Pfeilium, & quosdam mi-  
nistros Ecclesie, Rectorem quoq̄ scholæ no-  
minatim perstrinxerat, illi singillatim scri-  
ptum publicē edunt, diluuntq̄ obiecta, cum  
nihilominus maxima pars ciuium æger-  
rimē Heshusii expulsionem ferret, multi et-  
iam ab vsu Cænæ Dominicæ abstinere, es-  
setq̄ difficilis omnino reipub. ad ministratio-  
nem status. Huic vt mederetur Nicolaus Amb-  
storffius,



storius, euulgato libello in laudem illius in-  
clitæ reipub. exspatiatus, vniuersos ad con-  
cordiam hortatur, & Heshusio nullam esse  
factam iniuriam, quibusdam adductis in me-  
dium argumentis, probare nititur. Quem  
ille excipiēs, argumēta eius ad amissim p̄bē  
examinata refellit, et tandē ad iuditiū Ecclesi-  
asticū & Ordinarium, cui viri nobilitate atq̄  
doctrina præstātes interfint, solēniter appel-  
lat. Et quia Heshusius Senatū atq̄ ministros  
Ecclesiæ impricatis eo nomine traduxerat,  
quod à vera religione defecissent, illi commu-  
ni cōsilio ad confessionē snā, ante annos duo  
decim XIII. die April. editā, Augustanā quoq̄  
anni tricesimi, articulos Smalcaldicos, Luthe-  
ri Catechismos, puocant: De iustificatione  
etiā, de bonis operibus, libero arbitrio, Cæna  
Domini, Persona Christi, & Adiaphoris or-  
dine suam sentētiā explicant. Subscripsēre  
ijs ministri Ecclesiæ XIII. cum collegis scho-  
læ XI. Diximus antea de conuentu principū  
Inferioris Saxonie Luneburgi habito. Huius  
edictum publicatum Heshusius frequenter  
pro concione libereq̄ taxabat, non sine  
offensione Senatus, qui Sigismundum An-  
tistitem nequaquam in afflictā aliās satis ci-  
uitatis conditione irritandū putabat. Et qui-  
dem non frustra: Ille enim de Heshusio cum  
recessit, Trautenbulium Cancellarium ad  
Senatum ablegat, cum his mandatis: Cupe-  
re se ex illis cognoscere, an in potestate eorum  
sit Heshusius, obtinereq̄ possint, vt in posterū  
ab istis inuectiuis abstineat. Si ipsis desit

Nicolaus  
Ambs-  
dorff cō-  
tra Hes-  
husium.

Sigismundus  
de Episcopo  
Magd.  
legatio  
ad Sena-  
tū Magd.

¶

huius



*Constan-  
tia Hes-  
busti.*

*Bellum  
inter Da-  
num &  
Suecum.*

*Joh. Br.  
audit,  
qua non  
vult.*

huius rei vel voluntas vel facultas, principem cum ordinibus inferioris Saxoniae eas rationes habere paratas, ut modestius sese gereret. Sed is neque his minis, neque precibus Senatus motus, in sententia perstans, nihil ab instituto remittebat, his quidem inter alia describens encomijs edictum illud: Esse ab ebrijs crapula nondum digesta priore conscriptum. Hoc anno cepit bellum inter Fredericum Daniae & Ericum Suetiae Reges, quorum uterque habuit in ascendente natiuitatis suae Virginem, alter tamen Martem in Leone domum duodecimam occupantem; alter vero Martem in Geminis retrogradum, tenentem supremum caeli angulum. Multa de pace inter hos Reges firma, aequis conditionibus facienda, à Brandeburgicis Sterini, Colbergi, & alibi sunt acta. Usitatum erat Iohanni principi, ut sub veste ficta alienae persona iter saepe ingrederetur, capteretque hominum colloquia, ex quibus, quae volebat, quaerendo discebat. Cùm igitur uterque Rex auxilia peditum atque equitum in Germania conscriberet, is simulans se ex Silesia in Daniam iturum belli causa, diuertit in publicum hospitium ad prandiũ in agro Sternburgensi: In mensa per absentiam mariti ex hospita inter alia de principe percontatur, quae verbis in eum grauioribus inuecta licentius taxare nunc eius auaritiam, nunc increpare nimium eius in aedificandis propugnaculis studium cepit: iniuste cum facere, qui non solum cereuisiae tributum, sed etiam fru-



mento vectigal imponeret, nihil ferme ha-  
 bere subditos proprium, vnde non aliquid  
 abraderet. Honorem atq; securitatem cue-  
 nisse antiquitus principibus ex populi opi-  
 bus & grata obediētia, nunc tantum infelici-  
 bus fortunis inhærere, ex quibus exitiosæ ri-  
 xæ persæpè orirentur: Illorum diuitijs sub-  
 ditos ad egestatem redigi. Miserum verò, illos  
 delitijs atq; voluptatibus affluere, subditos  
 vndiq; teri lamētis atq; tristi inopia: Princeps  
 sat se pro loco atq; tempore, profecisse arbi-  
 tratus, aliud sermone interponens, opus sibi  
 esse, ait, conuētū nobilis illius pagi. Lobenus  
 haud cunctatus hospitium ingreditur, vbi  
 conspicit, facile principem ex facie agnoscit,  
 ideoq; debita reuerentia atq; subiectione adit  
 atq; compellat. Hospita quid ageretur con-  
 spicata, & in metum, ne quid tristius sibi ac-  
 cideret, cōiecta, serò pænitere cepit sermonis  
 incogitantius egesti, abiectaq; ad pedes  
 principis, veniam dementiae lux ab eius cle-  
 mentia suplex petit. Princeps in risum effu-  
 sus, lator, inquit, me ista ex te audire, quæ a  
 meis consiliarijs nunquam eram auditurus,  
 iubens bono esse animo: non enim esse boni  
 principis meminisse iniuriarum, quas priua-  
 tus accepisset, eiq; facile ignouit. Visum fuit  
 in hoc loco pauca de natura atq; moribus in-  
 colarum Marchiæ aspergere. Ingenia gignit  
 satis felicia atq; acuta, quod autem ad frugem  
 istam, quam prima facie promittūt, raro per-  
 ueniunt, fit plerumq; vicio disciplinae dome-  
 sticæ, quod non creditur, nullam ætatis par-

*Princi-  
 pum ve-  
 terū cō-  
 suetudo.*

*Clemens  
 tia Princi-  
 cipis atq;  
 humanitas.*

*Ingenia  
 Marchi-  
 corum.*

4 7 tem





rem virtuti incongruam aestimari. Tenacius  
 enim matres simplicioris antiquitatis instituta,  
 accepta a maioribus, conseruant in sermone, in  
 cultu, atque moribus, quod alienae consuetudinis  
 expertes, ea tenent firmiter, quae primo didice-  
 runt vel consueverunt. Magni autem interest,  
 quos quisque audiat quotidie domi, quibus cum  
 loquatur atque conuersetur a puero, quemad-  
 modum patres, matres, paedagogique sese ge-  
 rant. Scholae quidem sunt apertae egregiae bono  
 consilio hinc inde Berolini, Brandenburgi, Solt-  
 quellae, Francofurti, Stendali, Gardlegii, Prens-  
 lauij et alibi, multa tamen his impedimenta  
 atque obstacula inferuntur. In locis vero infe-  
 rioribus multo licentius peccatur. Comple-  
 xionis ferme sunt vel cholerae, unde in ebyri-  
 rates, pugnas, altercationes, et similia facili mo-  
 tu impelluntur, & ad bella frequentes ferun-  
 tur, in quibus ob virtutis praestantiam egregiam  
 operam nauant: nostro seculo Iacobus Schu-  
 lenburgius, Ioachimus Robelius, Georgius  
 Blanckenburgius, Iohannes Buchius, Hen-  
 ningus Plubus, Otto Hachenius, & alij non  
 pauci in bellis Duces praefecti res maximas  
 gesserunt. Si accedat Melancholia, non solum  
 virtute militari, sed etiam doctrina excellen-  
 tes profert, ex his nostrum seculum protulit  
 praeter alios Georgium Sabinum, Martinum  
 Chemnitium, Iohannem Copum, Abdiam Prae-  
 torium, Paulum Praetorium, Matthaeum Hostium  
 Andream Calichium, Michaelē Haslobium,  
 Christoforum Strummeliū, Urbanū Pizrium.  
 Et habet hodie aula atque Academia, quorum  
 memo-



memoria aeterna grata erit posteritati, Chri- *Præstan*  
 stianū Distelmeierum, Chemnitium, Copos, *tes do-*  
 Cunonem, Rademānos, Stralsium, Pistoriū, *ctrina.*  
 Ebertū, Hubneros, Goldbecos, Stoppelium,  
 Krumkrugerū, Mitionem, ne plures alios re-  
 gerā. Neq; respub. carēt gubernatorib. om-  
 ni laude ob virtutē atq; doctrinā dignis, neq;  
 vlla est Marchiæ respub. in qua nō in Senatu *Respubli-*  
 viros doctos, sæpē doctissimos, inuēias. Qui *ca.*  
 sunt ex nobilitate Martiæque atq; Mineruæ  
 addicti, et docti et bellicosi, tam sciētiarū quā  
 virtutū excellentia præstantissimi euadunt, *Nobilia*  
 Inter ciues etiā plurimos non solum, q sunt *tas Mar-*  
 ōninō honesti, sed etiā operarū Mechanicarū *chica.*  
 reperias, qui aliquam linguæ latinæ noticiā,  
 aliarumq; rerū ingenuarū cognitionē habe- *Ciues.*  
 ant: Aut sunt complexionis plerumq; phle-  
 gmaticæ, vnde ferme in desidiā, & ocia fe-  
 runtur, nec eam alacritatem in gerendis, nec  
 industriam in perficiendis rebus præstant,  
 quo nomine aliquandō malē audire cepe-  
 runt. Hinc morbis non rarō obnoxij sunt, *Aut fund*  
 ad quam rem multus piscium vsus aliquid *Cōplexi-*  
 adiumenti afferre, propter cachexiam, qua *onis*  
 sæpē laborant, videtur. Extra hanc condi- *phlegma-*  
 tionem positi, non solum in ijs est sanitas *tica.*  
 firma, a qua functiones omnes integræ incul-  
 patæq; proficiuntur, sed etiam pulcritudo, et  
 concinna omnium partium corporis pro-  
 portio, & coloris decus egregium ex sani-  
 tate efflorescens. Quod ad mores attinet:  
 Certum est Patrum mores ferme imitari  
 sobolem. Plurimum autem conducit, a  
 veteris



*Vestitus  
incola-  
rū Mar-  
chia.*

generis ad elegantiam in sermone, venustatē  
in moribus, mundiciem in vestitu, gratiam in  
pronunciatione assuefieri, Vnde nec in ædi-  
ficando cultum magnum adhibent, simplici-  
tatem veterum Saxonum retinentes, ad rem  
tamen familiarem, et quæ necessitati vitæ ser-  
uiunt, attenti, quibus non solum instructi sed  
etiam liberales creduntur. Notum autem est,  
fuisse in his oris maiorē barbariem ferociāq;  
ante Ioachimū I. Electorē, quæ nunc ma-  
gis magisque profligatur, aguntq; magnificen-  
tius, & ædificant splendidius, humanitati cū  
gravitate temperatæ conditaq; multum ad-  
dicti. In vestitu, qui dissimilis est, variusq;  
imitantur ferē consuetudinem vicinarum re-  
gionum. In veteri Marchia videbis habitum  
Magdeburgensium atq; Brunsvigiorum: Pri-  
gnitzenses, & qui sunt in comitatu Rupinensi  
Megelburgios: Qui sunt in Vcaria atq; Neo-  
marchia Pomeranos imitantur, Sternburgē-  
sis, Crosnensisq; ditio cum parte Lusatiæ ad  
Silesios respicit: Et cum vestitu mores etiam  
fermē assumunt. Ab his secreti sunt, qui inco-  
lunt Marchiam Mediam, circa Brandenburgū,  
Berlinum, & Francofurtum, ad Sueuum, Ha-  
uelum, atq; Viadrum, natiuum enim & pecu-  
liarem retinent habitum, quē prisca illis ætas  
attribuit, formæ quidē simplicioris, sed pre-  
cij non perinde exigui, in primis qui generis  
sunt fæminei. In noua Marchia post Thomā  
Rungium Magister Teutonicæ militiæ or-  
dinis S. Iohannis, in conuentu Suneburgensi  
ad Vartam in ditioe Sternburgensi, omniū

com-



cōmendatorum, ad quos suffragia pertinent,  
sententia, approbante iuuantēq; Iohanne  
principe electionem, Franciscus Neumānus  
renunciatur. Ex humili genere atq; loco ad  
magnas dignitates euectus. Fuerat is primum  
pædagogus, aulam deinde accedens, scribæ  
partes aliquandiu sustinuit Custrini. Cum  
verò ingenium excitatum solertiamq; inde-  
fatigatam in eo princeps depræhendisset, in-  
ter secretarios asciuit, multaq; ipsius fidei cō-  
misit, & ex eius consilio pleraq; administra-  
uit. Tandem Superiori Neomarchiæ præfe-  
cit, commendatorem Schiuelbeinensem no-  
minatum, ex quo loco ad dignitatem Magi-  
sterij ordinis illius ascendit. Mense Septemb.  
euocatur à Moguntino Francofurtū ad Mæ-  
num Ioachimus Brandenburgicus ad electio-  
nem noui Cæsaris. Eo iter ingresso imber  
violentiùs, quàm aliàs fusus campos lubricos  
& inequitabiles fecerat, grauesq; & prope-  
modum immobiles currus illuuiæ & voragi-  
ne hærebant, præterea adeo spissæ intendere  
se nubes, vt conderent lucem, qui tamen re-  
pressus iubar serenum, liquidiore luce viam  
aperiunte, ostendebat. In ea tempestate ingenti  
ventorū turbine currus equiq; affligebantur,  
vt nec aurium vltus superesset, siluas quatiente  
vento, qui concutientibus ramis maiorem  
pro flatu sonum reddebat. Ita imbribus in-  
credibilibus perstrictus, & intolerabili tem-  
pestate vexatus, procedere tamen, quò inten-  
derat, perseuerauit. Omnium assensu creditū  
fuit, rem omine nō carere, Ita enim in rerum  
natura

*Conuen-  
tus Ele-  
ctorum  
Franco-  
furti.*

*Omen in  
itinere.*



natura comparatum est, ut vel genius, vel vis  
naturæ indita multa in euentum præmonē-  
ant : Cum attingeret fines Brunsvicensis,  
obuiam habuit Henricum Ducem, qui hospita-  
litate exceptum splendideq; pro dignitate in  
arce Lycaonica tractatum, ad Visurgim usq;  
prosequitur. Inde Castellum mouens, ad Phi-  
lippum Landgrauum diuertit, à quo magnifi-  
cè acceptus est. Plurimum autē utriusq; prin-  
cipis familiaritate delectabatur, utrumq; ex  
tanto principum amicorum numero, propter sin-  
gularem rerum Imperij usum, multis & turbu-  
lentis annis in varijs fortunæ periclitantis  
casibus perspectissimum, acutissimè comple-  
ctebatur. Et iam in procinctu erat ad iter perfic-  
iendum, ut sicut nunquam reipub. operam  
suam denegauerat, ita hoc minimè omnium  
tempore suum à reliquis animum & studium  
seiungeret. Sed præter expectationem mor-  
bo præpeditus periculoso, ancipitis aliquan-  
diu cogitationis animum tenuit, an subsiste-  
ret, an verò progredereur. Literæ quidem  
Ferdinandi, amicissimè scriptæ, honorifi-  
centissimè inuitabant, urgebantq;, cui etiam  
obsequi atq; gratificari alias cupiebat, con-  
trà verò propositum sibi ob oculos atq; in  
animo habebat exemplum Alberti atavi sui  
verebanturq;, ne si iter inceptum persequere-  
tur, in electione Maximiliani I. sibi simile  
quid apperente fato accideret. Illum enim  
in electione Maximiliani I. Francofurti ad  
manum decelsisse nouerat. Tandem præ-  
missis legatis, qui locum vicemq; explerent,  
quod

*Electore  
corripit  
morbus.*

*Alberto  
Tentoni  
eus A=  
chilles o=  
bit Frā=  
cofurti.*



quod valetudinis causa impediretur, quò m-  
nus ipse adesset, Cassellis pedem figit, vale-  
tudine admodum tenui, & fermè desperata,  
secq; admisis Medicis totum eorum curæ per-  
mittit. Lenta autē remedia & segnes Medicos  
timēs, in quo me, inquit, articulo fortuna de-  
prehenderit cernitis, tardè conualescere, et si  
mihi, attamē reipub. nō expedit. Proinde si  
quid opis, si quid artis in vobis est, secundum  
Deum, scitote, me nō tam mortis quàm, pub-  
licorum incommodorum remediū quærere.  
Quāuis autē quisq; pro se, in primis Philippo  
Lādgravius precarēt ur, ne festinatione peri-  
culū auget, sed in potestate medentiū esset,  
quod tanta vis morbi autumnalis non vna  
potione medicata leuari posset, ipse tamen  
quiduis se facilius, quàm moram perpeti  
posse confirmabat. Biduo tamen sic absum-  
pto, ipse animo ingenti, quidquid in vtram-  
que partem aut spes aut metus subiecerat,  
sereta æstimatione pensabat, dum medica-  
mentum, quod dilacerant Medici, venis con-  
siperetur: Et quamuis periculum subesset  
graue, notaq; deprehenderentur in corpore,  
quæ ingentem sollicitudinem incuriebant,  
intempestiuq; essent amici sanè fideles sed  
molestè seduli: interclususq; spiritus ar-  
ctè mearet, attamen postquam nihil inex-  
pertum omittitur, & medicamentum, se  
in venas diffudisset, fomentaq; idonea cor-  
pori admouerētur, sensim toto corpore sala-  
britas percipi potuit, animus vigore suū, cor-  
pus quoq; exspectatione maturius robur pri-  
orū

Philippo  
Lādgravi-  
us Has-  
siae.



*March.  
amat su-  
am prin-  
cipem.*

*Encomi-  
um Ioa-  
chimi  
Elect.*

*Admoni-  
tio pater-  
na.*

tinum recuperavit. Interim rumor peruene-  
rat in Marchiam, principem periclitari, tristi  
igitur mærore complebantur cuncta, nullis  
omissis quæstibus, quos in tali casu dolor  
suggerit, concurrunt pariter in communi do-  
lore, hi sapientissimum atq; mitissimum, illi  
fortissimum atq; optimum principem po-  
scentes. Namq; haud facile dictu est, præter  
ingenitam huic genti erga principes venera-  
tionem, quanta huius caritate flagrauerint,  
neq; enim tragica exempla in principes suos  
agnoscit Marchia, qualia apud quosdã in usu  
sunt. Iam, annuente D B O, securum Electo-  
rem fecerat valetudo firmior, cum bono ani-  
mo ingreditur, denuò literis Ferdinãdi expe-  
ritus, quibus eum hortabatur, ne si per vale-  
tudinẽ posset, sua absentia electioni moram  
atq; solitudinem afferret. à quo simul atq; re-  
liquis principib. omnibus, obuiam extra ci-  
uitatis portã effusus, honorificè exceptus est.  
A Ferdinando Imp. in hoc conuentu publi-  
co Encomio est ornatus, neminem his tem-  
poribus melius, aut perfectius, aut sapientius  
dicere atq; consulere posse: Maximilianum  
Cæsarem designandum, & reliquos filios pa-  
ternè monens, vt si salui esse vellent, eum velut  
alterum parentem complecterentur. Illum  
enim esse, qui rempub. amaret, & non tam  
sua salutis, quàm publicæ utilitatis  
atq; tranquillitatis esset aman-  
tissimus.

\* \*  
\*



Nf 437.

8

ULB Halle

3

004 966 52X



M









B.I.G.


Farbkarte #13



NICOLAI  
*Leutingeri,*

MARCHIA  
DENBURGENSI  
eiusque statu,

AMENTARII.



TEBERGÆ,

bat Mathæus VVelack.  
no M. D. XCIII.

